

# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

HESIODVS  
GRAE CO-  
LATINVS CVM  
SCHEMATISMIS, ARTIFL.  
cium inuentionis, dispositionis  
& elocutionis continen-  
tibus. )

EX QVIBVS RATIO CVM  
falsa legendi explicandiue autorem quemuis de-  
monstratur, ut inde quicquid dignum & scitu  
& imitatione sit, excerpti  
posit.

(Authore  
GEO R G I O H E N I S C H I O )  
Bartsfeldensi, Medico & Mathematico  
Augustano.

BASILEAE, EX OFFICINA  
Oporiniana, 1580.

# THE HISTORY OF THE CHURCH OF ENGLAND

18. 4. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31.

卷之三

6-10-A  
C. H. L. B. T. - M. C. P. - R. C. G.  
C. H. L. B. T. - M. C. P. - R. C. G.

ILLVSTREM AC  
GENERO SVM DOMINVM, D.  
CHRISTOPHORVM FUGGERVM,  
Kirchberge & Vucissenborni  
Comitem.

## PRAEFATIO A UTHORIS.



ON fine magno suo  
merito, Illustris ac Ge-  
nero se Comes, senex  
Ascræus, quem noua  
quadam methodo illu-  
stratum cum felici auspi-  
catissimi nominis tui  
mentione diuulgo, annos iam circiter bis  
mille & quingentos in Repub.literaria ui-  
xit, necdum eum *laurata ratis amplexu*. Li-  
ceat enim mihi sine reprehensione ijs uer-  
bis, quibus ut utar, ipse docuit, eundē com-  
mendare, imd *ατη τῷ μέτρῳ ἀκοδέσαι*. Nam  
ut cæteri poëtae inlyti, Homerus, Euripi-  
des, Pindarus, Sophocles, ita & Hesiodus,  
nō tam nocturna diurnaque manu uersatus,  
quod præcepit Horatius, quam quod ipse  
fratrem suum monuit, *οὐ προσι βάλλεις, & οὐκ*  
*νησι δον ab eo dictum prouerbij q̄im obiu*

net. Et si autem ueritas ipsa ut uipum, ita poëtam commendat, & cur nostro tempore is sit in precio, aliquam haud dubiè causæ habet rationem: sunt tamen alia multò efficaciora, quibus prudenterissimi quique, πικρυμεψα ειδότις, mouentur, ut hunc magnificant, memoriaq; & eodem quo Musæ iudicio, lauro dignum iudicent. Id siquidem nisi esset, non Platon, non Aristoteles, uelut recentiorem suis temporibus legissent, dicissent, usurpassent. Platonem dico & Aristotelem? immo nullus non author (mirum dictu) ex tota antiquitate & mentionem illius facit, & uerbis ex eodem depremptis tanquam χρυσῷ φραγῷ orationem suam redit & splendidiores & preciosiores. Ex quibus apparet, fuisse illum & tutum ab omnibus, uelut Æsopus, & hoc uelut lacte teneros pueritiae animos pastos & enutritos fuisse. Huius itaq; rei causas, si placeat, Illustris ac Generose Comes, quādam fecerint media critas, vñ n̄ iusti aperte transfiguratio: idq; dum facio, sequor ut ad his animo, etiam atq; etiam rogo.

Duo sunt, quibus in discendo afflue[n]dis nauamus operā, rerum cognitio & uerborum, quae Pericles quidem nominat o-

P.R. AEFATI O.

νομοθετικού διάνοιαν τριπλου συστήματος: Phœnix γα την  
Homericus μνημή της πόλεως θεραπείαν προβλέπει ὅπερ  
γένεται. Hominem enim, cum sit animal λόγος  
ών, utrumq; λόγος & προφερεῖν & καθιεῖν  
εξοτερεῖ necessere est. quorum hic inveniuntur  
nem rerum & prudentiam: ille autem elo-  
cationem, quae res prudenter cogitatas &  
inuentas sermone explicat, complectitur.  
Est autem utrumq; ita connexum αὐτούς:  
Atque, ut εὐδοκία sine οὐρανῷ τριπλού συστήματος  
περιειστεί, & similis gladio condito atq; in-  
tra uaginam suam hærenti: αὐτούς autem  
τριπλού συστήματος sine εὐδοκίᾳ, siue, ut loquitur De-  
mosthenes, πᾶς ἡ λόγος ἐστι τὰ ὅργα, μάταιός  
τινὶ τριπλού συστήματος. Itaque Socratis recte di-  
sputasse legitur, Sapientiam ab eloquentia  
non esse separabilem: & illam esse mutam  
quandam eloquentiam, hanc uero loquen-  
tem sapientiam. Ac duo quidem ista, in qui-  
bus omne studium, ut ea assequamur, ipso  
τριπλού συστήματος adhibentur, hominem redi-  
dunt animal uerè λόγον, ac preinde bez-  
tum, & Deo hominibusq; gratum & accessi-  
ptum. Sic itaque statim, cum præceptor hic  
Aesclepius utrumq; præstet, id est, informans  
scientes & uerborum cognitione & scien-  
tia rerum bonarum, idq; singulare quod dicitur:

P R A E F A T I O.

cum Gratia, tam nominis celebritatem,  
tantamq; famæ amplitudinem cōsecutum.  
esse, ut quemlibet *σωτήρα* hāc *Δινάμην* dēmu-  
nūs studiosum, doctrinæ illius deside-  
riūm cēperit. Nam si rerum cognitionem,  
speciemus, quæ prudentem efficit homi-  
nem, ea uersatur uel circa mores, uel circa  
naturam: quarum illa nihil utilius, nihilq;  
magis necessarium in genere humano: hac  
autem præter summam utilitatē nihil suau-  
tius, nihilq; naturæ humanae conuenien-  
tius. Iā uero Hesiodus ijs libris, qui, etiam  
num extant, & doctrinam Ethicam, quæ ui-  
tam hominum, mores, consilia atq; acri-  
nes omnes moderatur: & magnā contem-  
plationis naturalis partem, quæ admirabi-  
lē hominis cum tota rerum uniuersitate  
cognitionem complectitur, non more phi-  
losophorum exponit, ad diūrum refecans  
omnia, odioseq; rixans, ne tedium pariat  
lectori: sed mira simplicitate, nec non gra-  
uitate singulari utera, melle dulcius instil-  
lat animis hominū. Omīto onus Scutum  
Herculis *πολεύσθω*, quo usluit in genere o-  
rāneuitæ gradus, ordinesq; hominū poē-  
tico more cælare: eaq; cælatura monere,  
nullum esse tam uile contemptumq; uitæ  
genus,

genus, quo non egeant pūl' qdōrōnū, eaq; oportere esse consociata diuersis gradibus officiorum: in specie autem & aliarū com-  
monefactionum cum moxalium tum natu-  
ralium gustura offert, tanto artificio, ut res  
non tam narrari quām geri, & sub aspectū  
peccē subijci uideatur. Prætereo etiā Theo-  
goniam, qua complexus est genealogia Deorum, id est, virorum præstantium, qui  
suam etatē antecesserunt, & ab præclaris  
facinora, rerumq; utilium ac disciplinarū  
inventionem clauerunt. Quod quidem  
poēma plenisq; in locis non tam historicis,  
quām uel pueris uel nūnīis esse intelligen-  
dum, docent & mythologiaz interpretum  
Tzezis & Johannis Diaconi, aliorumq; au-  
thorum tum ueterum tum recentiorum: &  
ipsa forma poēticaz orationis. Quām enim  
puerile parumq; sobriū meritō vocari pos-  
set, si nihil aliud remotius innuens puris  
verbis esset contentum? Aliud itaq; quām  
prima facie apparet, intelligere oportet  
idq; requirit non cātūm nōstār, sed & qui-  
nis poētarum. Hac enim ratione non mi-  
nus uariarum rerum studiosos delectare,  
quām eisdem remoto uerborū pallio pro-  
delle cupiunt. His igitur prætermis̄is, uī-

P R A E F A T I O.

Desmis quasfo, utram hoc, de quo patulo  
ante diximus, in tertio poemate, quod in-  
ter reliqua palmam obtinet, efficerit He-  
siodus, proposito in medium, quod merca-  
tores interdum facere solent, frustula ex-  
emplique aliquo, unde tota res uenialis,  
quantius absens, dignoset posse. Titulum  
librorum facit, *θύα τοῦ θεοῦ*, complectens  
rotunda breuitate (quod est magna sapien-  
tiae indicium) duobus uerbis uelut adagio  
quodam & argumentum illorum, & uite  
humanæ officium, circa quod explicadum  
uicifatur tota doctrina moralis. Monet e-  
nam, ut loquitur Proclus, *ὅτι εἰς τὸν βλέπαν*  
*τὰς ἀμάρτια τὴν γῆν, λακούστην τὸν θύρων αἱρετόν,*  
*ἴδιαν τὸν τὸν αἱρετόν δεογήλον*: hoc est, omnem  
nostram uitam oportere respicere ad hæc  
duo, operum scilicet & dierum delectum.  
Inter opera autem duo facit præcipua, ini-  
tiatiæ & laborem, quibus attexit tandem  
alia officia uirtutum in omnibus uite par-  
tibus præcipuarum, quædā *θεοούσας*, quæ-  
dam *θεούσας* spectantia. Deinde rursus par-  
titur labores, eosq; ad patrem familiæ ac-  
cedimodat, & singulis sua tempora præ-  
scribit, subinde inculcans suam cuique rei  
esse tempestiuatem, eamq; non negligēn-  
dam,

dans, sed omni studio premendam. Cum itaque variæ sint temporum formæ, annus, horæ, mensis, dies, & partes eius, mane & vespere, ~~et~~ <sup>et</sup> si quis p<sup>r</sup>æcipit, quæ opera uere, quæ æstate, quæ autuno, quæ hyeme, quæ singulis denique diebus, quos mensis triga*ta* continet: diebus dico: imò manè & vespere sint facienda fugiendāue. Ex quibus colligi potest, uoluisse eum toto poëziate docere nihil aliud, quam omnem humanam felicitatem p<sup>r</sup>edere quidem à Deo, contingere autem homini d<sup>r</sup>ōs p<sup>r</sup>y<sup>r</sup>ōs īnī per tempestuam operum executionem: infelicitatem autem cīasdem fūrē p<sup>r</sup>adūtūtū ~~et~~ <sup>et</sup> vespere ē neglecto operē tempestia no. Id quod etiam nobilē illo uerbi, d<sup>r</sup>ō d<sup>r</sup>ōs d<sup>r</sup>ōs, quemadmodum ait Aristides in defensione Periclis, non minus breviter quam religiose exp̄resit:

*Xρήσις δὲ της αρνατά, θεόδοξη πολλὸς οἰδεῖν.*  
Annō igitur philosophiam moralem dōceret, quas & ipsa beatitudinem, ad quam cōsequendam omnes actiones uitæ nostræ directas esse oportet, & ~~θεόδοξος~~ quiddam & p<sup>r</sup>æcīsum uirtutis appellat. Quo quidem uelut fundamento i<sup>r</sup>do, omne qdiciū morale non difficulter & sup<sup>r</sup>ortuſ

¶ P R A E T A T I O :

& dilatari & exornari potest : hoc uenit nō  
bene posito, quidquid superstruxeris, cor-  
ruit. Εμ τῷ γαρ τίος ἐγίνεται. Καθὼν τὰ λανᾶντα.

Sed continent ijsdem libri etiam magnē  
partem philosophiæ naturalis. Distribuit  
enī tempora secundum ortum & occa-  
sum insignium stellarum, docet de electio-  
ne terre, de cædenda certo tempore mate-  
ria pro instrumentis rusticis, de boum de-  
lectu, de tempestatibus earumq; causis, de  
diseta cūm hominibus tum brutis commo-  
da, de lauacris, de mulieribus, de infantū  
sessione, & alijs permultis, ex quib. bonū  
fuisse medicum collegit Plutarchus libro  
cui titulum fecit Cōjujum. Præclarè itaq;  
dixit M. Tullius, vir summo ingenio, apud  
Græcos antiquissimum ē doctis genus fu-  
isse poëtarum: quibus verbis mone, omnes  
doctrinæ possessionem fuisse olim penes  
solo a poëtas, qui doctrinas generi humano  
uiles complexi sunt carmine, delicijs fa-  
bularum ut plurimum condito, ut numeris  
adjuti, rudiores, suavitate autem commen-  
torum allesti delicatores res bonas uirgēs  
communi necessariae libentius faciliusq;  
discereat. Talis fuit Orpheus, talis Linus,  
talis Homerus, talis deniq; Hesiodus, nigi-  
sapien-

Sapiens simi, parentes omnis sapientie & dostring, necnon authores humanitatis atque eruditionis.

Sed reliquam uerborum cognitionem iam breviter perstringam, petendā ex Hesiodo, quae eloquentem efficit hominem. Quām pulchrum uero, quamq; utile, eloquentem fieri! Idem uero difficultimum esse, inter omnes artifices eloquentiae conuenit. Ut enim de curru dixit noster poëta,  
metr. p. dī re dī pūt dī aīfīr: ita eloquenti futu-  
 zo multa sunt necessaria, inter quāe primus  
 locum obtinet linguae cognitio & magna  
 copia uerborum. Hesiodus autem docet  
 & linguam omnium præstantissimam, &  
 magnam uerborum suppellectilem suppo-  
 ditat. Lingua est Graeca, una trium exoti-  
 carum, præ alijs cum dicendi facultate, tum  
 scriptorum magpi nominis copia excelle-  
 tum. Hanc igitur quod docet poëta, uel  
 ob hac causam dignus esset qui legeretur,  
 disceretur, celebraretur ab omnibus ad so-  
 lidam eruditionem aspirantibus. Quid eni-  
 miam honestius studio cognitioneq; linguae  
 omnium principis, & facundia & ubertate  
 sua celeberrimae? Quid utius eo admini-  
 stratio, cuius usu scripta sapientissimorū ho-  
 minium

P R I M A T I C O.

minum intelligi possunt, qui philosophiam ad excoleudos hominum animos necessariam & inuenerunt & excoluerunt. Quid magis necessarium, quam eam dialectum discere, sine qua Latina literatura sapientiaque χρήσιν ανίπτοιται tractatur, imitata uerba dictione. Sed ut ut se lingua habeat, Hesiodus tamen & alia dialecto, siue Latina, siue vernacula utenti conducit ad eloquentiam, qui modò eum ad suam traducat dialectum. Qua enim opera Graecæ uoces expenduntur, earumq; emendata constructione, proprietas & potestas examinatur, eadem & lingua quævis (in quam sit conversio) exercetur, siue Latina, siue vernacula. Habet autem & magnum τέλος uerborum vocabulorum numerum, quorū plurima sunt propria, pauciora figurata, multa uero elegansissimæ compositionis: ut sunt, Λευκόφαγος, Χεροδίμας, Λιθάργοι, Φιλάται, Απάλαυροι, Θερόδοτοι, & alia similia, nō postremum Graecæ facultatiæ indicium. Quibus dum utitur, non tam seruat quam facit præceptum illud Hugo Cæsari attributum: Delectum uerborum esse eloquentiae originem. Iam uero præter linguam & uerborum copiam opus est eloquenti futuro destinatae figurarū, quæ uelut

velne flosculi campum orationis reddunt  
ornatum cultumq; & varia colorum sua  
uitate uermantem. Nulla est autem figura,  
nullum schema, nullus tropus, quo non us-  
sus sit in suis poëmatiæ Hesiodus, non ob-  
seruans quidem ille præcepta Rhetorum  
ipso haud dubiè recentiora, necdum suo te-  
pore ita ut nunc habemus elaborata, sed  
ea potius suo exéplo constituens. Ita enim  
præcepta oratorie facultatis sunt compo-  
nita oīen, ut ex scriptis eloquentium homi-  
num, uelut Orphæi, Homeri, Hesiodi & ali-  
orum, quæ essent præclara, dignaq; imita-  
tiōne, norma quædam generalis inueni-  
endi-disponendique sit formata, certumq;  
figuræ nom en ornamentiis orationis attri-  
butum. Huius itaq; præceptoris discipli-  
nae compilius ualēt. *Διωδημάππος ήδε διωδημάππος* uelut *πρότερος λέσχης* dicit & recte  
atque expeditè loqui, & orationem finge-  
re ex exemplo illius consentaneam, hoc est,  
& probabilem & amoenam, in qua floreat  
metaphora, metalepsis, hypotyposis, auxi-  
lis, gradatio, occupatio, correctio, aliaque  
*πρότερος μήλη* oratorie elocutionis, quæ  
pascant audientes succo salutari, & dele-  
gent, immo trahant atque ni quadam cogat  
ad lu-

ad suum tam suave aspectu odoratuq; nutrimentum animo complectendum. Agnoscō, diuine Naso, non minus tē eleganter quam uerè dixisse oratori amico:

*Vtq; meis numeris tua dat facundia neruos,*

*Sic reddit ē nobis in tua uerba nitor.*

Quibus uersibus mōnes, in nullo genere Scriptorum reperit tantam ornamentoq; ubertatem, quanta uos abundatis. Oratōres itaque à uobis sumere & nitorem & ornamenta & figurās elocutionis: uicissim autem uos ex oratorum hortis & nōdūcēt & neruos & alimenta & uigorem & robustorū orationis, quod opifices facundiæ nominant artificium inuentionis & dispositiōnis. Itaque Plato, Demosthenes, Cicero, tūci extra omnem ingenij aleam positi, tantam, quę inest scriptis illorum, maiestatem, tantum decorum, tam cultā dictionis uerborumq; grauitatem uobis acceptam fēsunt, in uestris nimirum scriptis primū cōspectam, indeq; hāustam & occulta imitatione expressam. Adeò uerum est nostri poëtēs oraculum:

*γιλοὶ δέ τε γάτοις γέτων  
αἱ ἀρετῶν αὐθόδοτοι, διαβήσθε οἴεσθε βοτολοι.*

Hæ sunt, Illustris & Generosè Comes,  
causæ,

causæ, quæ Hesiodum cornice uiuaciorem fecerunt, eiq; ad nostram usque ætatem ut tam prorogarunt, non tantum longæuam, sed & egregijs tam ueterum quā recentiorum helogijs cumulatam . Nam Plato, Philosophorum coryphaeus, non temerè, ut nunc hominum nostrorum fert consuetudo, *τελείωσις την προτερανήν* quenuis laudantium, appellat *αρισταῖον τὴν προτερανήν*: Gellius prudenterissimum: Xenophon *αἰδοφόρα*: Plutarchus Homero & gloria & tempore proximum: M. Fabius utilium circa præcepta sententiam authorem, & medio in genere dicet principem: Muretus I.C. & ciuis Romanus, non tantum aureum & ad uerbum editum poëtam, uerum metiam philosophum imprimis bonum: Recentiorum alij poëtam nunquam de manu depositendum, alij authorem necessariò in scholis legendum. Nos uero & Plutarchi uiri grauiissimi, & docti cuiusdam nostra ætate uiri, existimatis uersus & phrases poëtæ huius, extractiores esse Homericas, auctoritate moti, ALTERVM HOMERVM proclamamus.

Animaduerto autem quosdam uel cogitare, uel dicere, Se quidem Hesiodum legisse, non tamen ad eas, de qua dixi, cùm seruum,

serum, tum uerborum cognitionem perue-  
 nisse, quæ Platonom, quæ Demosthenem,  
 quæ Ciceronem efficiat. Huic igitur ob-  
 staculo, antequam siquem orationi iuspo-  
 nam, quantum fieri potest, iudico ocurr-  
 tendum esse, ne rectum de fructu dñ Hes-  
 iodo petendo iudicium. Ie quibus de causis  
 cœcidat, sed animis perpetuò infixum ma-  
 neat; id quod esse quum iri confida solutio-  
 ne obiectionum contrariarum. Neque uer-  
 à hie de natura dicam eximia atque illis-  
 stri, sine qua nō soler illud nescio quid præ-  
 statum ac insigne existere; sed ratione le-  
 gendum cum Hesiódum, tum alium quem-  
 uis scriptorem fructuosam tantum expor-  
 tam. Est enim duplex genus lectorum.  
 Alij obiter &c quasi per trāsennam pōrēam  
 inspiciunt, unde illum uelut de faciente-  
 scunt. Alij uero diu multumq; legēdo per-  
 volvando q; sibi familiarem faciunt, & do-  
 mesticè atque intus & in eute notum adhi-  
 biti, nō multis quidem salis modijs, quod  
 àq; amico cognoscendo faciendū esse aiūn,  
 sed adminiculis ex præceptis artij libe-  
 ralium petitis. Is igitur, fateor, qui hunc  
 authorem semel tantum uelut à limine sa-  
 lus auerit, neq; adhibito eo quo decet iudi-  
 cio, non

tiō, non magnām facit mēssem: sed more  
rustici rēstam terrāe colēndā rationēm ne  
gligentis;

*Επερος οὐασδα, οὐλύδην τοιει χάργος εργάωθε,  
αρτια δεομένων λεπονιμένος, καὶ μελλαχαιρών.*

Vt enim qui Parisiis præteriectus, obiter  
eam urbēm inspexit, nulla ibidem facta  
mora, nec adhibito xenagogō, qui tum lo-  
ca urbēs memorabiliōra demonstret, tum  
mōtes insigniores, & titūs siue ecclesiasti-  
cos, siue politicos, siue cœconomicos edoce-  
at, is neutiquā euadet ex peregrinatione,  
quamvis longinqua, uel πολυτρόπος, uel lin-  
guæ Gallicæ peritus. Biennio enim ad mi-  
nimū opus est, ut urbēs tum mōres, tum lin-  
guam ediscat, eoque tempore utatur non  
legniter, sed setid, non sine xenagogō præ-  
ceptore uel aliquo. Ita certe mora aliquā &  
perito xenagogo opus est in lectiōne bo-  
norū authorū ad comparādām ex ijs  
tum prudentiam, tum eloquentiam, unam  
artium difficilimarum. Est itaque alterum  
genus lectorum, quod huius poētæ & alio-  
rum optimorum, eorumq; pauçorum au-  
thorū pagellas non duas trēsue tantū  
perlēgit, moxq; depositit, aut totum etiam  
authorēm semel tantū percutrit: sed &

b lectio-

lectionem ad finem perducit, & eandem decies, utiubet Horatius, repetit: quin & il lud imprimitis obseruat, ut non temerè, sed certo iudicio siue lectionem, siue repetitio nem instituat, adhibens non tantum mor tam diuturnam, sed & xenagogum, qui ad memorabilia dignaque uisu loca, rerum & uerborum abditam & latenter copiā continentia, hospitem deducat, eaque ignaro uelut digito commonstret. Sunt autem xenagogi præcepta artium dicendi, quorum indicio tota orationis cōpages membratim resoluitur, ut *πολεμαῖαι λόγοι* inuētio nis, dispositionis & elocutionis artificium cum singillatim introspici, tum ad imitatio nem trahi possit. Ut enim in pictura, qui li neamenta & ductus omnes certamq; illo rum proportionem & collocationem di scerpit ab ornatu colorum, singulaque seorsim expendit, *παρτίς μάλιστροφίς ιδωματίς* de mun eandem & rectè intelligit, & cū laude imitari potest: ita in lectione cūm huius, tum alterius authoris, ea quæ ad rationem inuentionis & dispositionis pertinēt, sunt primū ab ijs separanda, quæ artificium elocutionis spectant: deinde uero post separationem copiosa hāc *συνίστημα* hāc *διαχέρισ* -  
- *τησ* *ιρ-*

ut *τραπεζίτης* supellex relinquitur, qua & cerebrum & cor & lingua uelut p̄t̄res familiās instruuntur, ut possint illa uti, quōd̄ies opus aliquod non ex afferum lignorum uario connexu, linearumq; inge- nioso positu, sed ex mutuo rerum uerbo- rumq; complexu est elaborandum. Hæc itaque scripti cūm totius, tum in partes su- as resoluti consideratio tandem est lauda- bilis & fructuosa, quæ Platonem, quæ De- mosthenem, quæ Ciceronem tam pruden- tem, tam disertum, tam eloquentem pro- creauit. Sed ut totum negocium melius in- telligatur, id ipsum ut sit faciendum, in no- stro poëta declarare conatus sum, artificiū inuentionis & dispositionis Schematismis complectens, nitorem autem orationis nō dissimili via in sua capita seorsim diuisum excerptumq; ponens ob oculos. Ac tali quidem ratione ego nihil utilius iudico ad authorem quemuis singulari cūm fructu legendum, discendum, imitandum. Nam cum quævis oratio constet ex duobus, uer- bis scilicet & rebus, utrumque non melius quām methodo *τραπεζίτης* expendi potest, ac primū quidem ut ope illius & argu- mentum & res omnes totius scripti ob

τύπω in promptu habeantur, unde & tota  
sinuositas & argumenta confirmationis pa-  
teant: deinde uerò ad elocutionem, quæ  
uerborum curam complectitur, animus at-  
tendat, ut sit emendata, ut dilucida, ut ele-  
gans atque ornata, ut apta seu congruens  
rebus, personis, temporibus. Ut autem hoc  
fieri possit, uidendum est ad quod genus  
causæ scriptum pertineat: & si id iam con-  
stet, ad partes illius transfeundum, atq; ex-  
pendendum deinceps, quale sit exordium,  
qualis diuisio operis, qualis confirmatio  
singularum propositionū, an petita ex de-  
finitione, an ex genere, an ex specie alijs uē  
locis rerum, qualis deniq; perotatio. Hæc  
ipsa uerò statim in tabellas sunt coniicien-  
da, quæ complectantur ἡφαλὴν γένος,  
id est, συμμετόχην totius operis. Deinde ue-  
rò partes singulæ rursus resoluendæ sunt  
in suas periodos, uidendumque ut author  
secutus sit regulam, ut uitauerit omnem  
barbarismum, ut barbarem λέξιν, ut σολομο-  
νὸν: præterea ut amauerit proprietatem, ut  
perspicuitatem: ut oderit ακυρότητα, ut ani-  
biguitatem, ut eclipsis: denique ut abhor-  
uerit à pleonasmo, à περιτολογίᾳ, à προσθ-  
ήκαι alijsque inornati speciebus; delectetur  
autem

autem uerbis tum singulis ornatis empha-  
si, metonymia, synecdoche, enallage, mi-  
mesi, repetitione, paronomasia & simili-  
bus: tum cōiunctis partim affectus mouen-  
tibus, interrogatione, subiectione, exclama-  
tione: partim augentibus orationem, auxi-  
fi, merismo, gnomis, dialogismis, prosopo-  
graphia, alijsūc gēmis orationis similibus.  
Hæc uero singula rursus in suas classes di-  
gesta, suo quæque loco seponi debent, nec  
non seposita numerari. Elegáter enim præ-  
cepit noster poëta, triturat as fruges esse se-  
ponendas, & cum mensura, ut sciat paterfa-  
miliās quantum ex agro redeat; & quasq;  
aptè suo loco: id quod suis uerbis ita mo-  
nuit, *μέτρη δὲ σύνομισθαι οὐ δύγγεσιν.* Quod si  
igitur eam diligentiam requirit in seposi-  
tione frugum, multò magis id faciendum  
est in lectione bonorum authorum, ubi &  
supputandum non quām magnum pagi-  
larum numerū quis legerit, sed quid quan-  
tumue ē singulis lucifecerit, quot neruos,  
quot ornamēta orationis: & in suum quæ-  
que locum singula transferenda sunt: ut  
gnomæ in gnomarum, proverbia in pro-  
verbiorum, phrases in phrasium reposito-  
rium. Annōn enim uidemus myropolas

lærat yāqāv (ut nostri poëtæ lectissimis uerbis utamur) ἀπέργιτον αὐθεμόσαν decerpere & συμμισῆν λαρπὸν & λορωνίωνα πέτηα, & ἀρθρα εἰσεριὰ & πῆχας δινενέας, quæ omnia non confundunt, sed sciungunt singula, tandemque in pyxides recondunt, rosas cum rosis, laurum cum lauro, crocum cum croco; ut possint suo quæque ordine collata, quoties opus est, & facile inuenire, & antidotum ex illorum cōmixtione à Medico præscripta dicto citius præparare. Eadem certè in suum locum repositio eorum quæ ex lectione collegimus scitè & festiuiter dictorum, non potest dici quām sit utilis & ad memoriam iuuandam, & ad laudabilem de rebus necessarijs dicendi promptitudinem comparandam.

Exposui, Illustris ac Generose Comes, qua ratione in Hesiodo legendo utendum sit, ut ex eo possit in hæc hæc percipi: nunc restat ut illum T.G. tutelæ patrocinioque committam: qua quidem in re nihil me noui absurdum facere arbitror. Quis enim nescit, fuisse Plinio, naturalis hæstoriæ patronum Vespasianum, Imperatorem iucundissimum: Oppiano, aliorumque Seuerum principem liberalissimum: Virgilio,

lio, Georgicorum, Augustum Cæsarem, hominum literatorum amantissimum? Annon igitur & Hesiodus, uetus quidem ille, sed preciosiore quam fuit haec tenus amictu a nobis ornatus, patrono aliquo dignus uideatur, quem & Plinius & Oppianus & Virgilius ut sapientiae patrem, ut doctrinæ authorem suæ libenter agnoscunt, fatentur, reuerentur? Patrono quoque annón dignus uideatur & iucundissimo, & liberaliss. & literarum amantissimo? Te igitur, Illustris ac Genorose Comes, patere quæso, poëtæ tam illustris, tamque tuo quam te illius patrocinio digni, esse Vespasianum, Seuerum, Augustum. Qua quidem in re te tuæ familiæ, ex qua natus es, insigni & iucunditatis & munificentiae & patrocinij optimarum artium elogio præstantis similem declaraueris. Omitto enim uerstrum Vespasianum, HIERONYMVM Fuggerū, cuius (ut restatur elogium marmori insculptum) largas inter opes absque curis anxijusque negocijis iucundos inter amicos hilariter ac benignè uitam traducebat studium summum fuit. Quam fuit SEVERO similimus IACOBVS, qui tui frater, OMNIVM SVI ORDINIS AC NATIONIS

ORNAMENTVM, non aliam quidem ob-  
causam, quām quod (ut testatur mārmos)   
Divitiar, inusitat, partu, liberalitate in om-  
nes, uitæ integritate, animi magnitudine  
nulli secundus fuerit. Quām fuit eidem  
SEVERO similimus GEORGIVS austu-  
rus, munifica bene merēdi virtute insignis,  
Quām denique AVGVSTO simili misse-  
runt RAIMUNDVS pater, & ANTONI-  
VS paterus, item GEORGIVS, frater tu-  
us, viri eximia integritate ac munificen-  
tia incomparabili, optimarum artium at-  
que rerum antiquarum amantiss. studio-  
sorum ac egenorum Patr. & Mecœnates,  
AVGVSTO non posthabendi. Horum ita-  
que & cognatorum & maiorum tuorum  
(quorum te similem esse non tam tibi, quā  
& cognatis & maioribus magnæ laudi as-  
scribit Hesiodus, qui inter præmia quæ iu-  
stos manent, enumerat δομότα τίνας γονού-  
σω ) exemplo, & naturalem historiam &  
Æventuram & Georgica HESIODI iucundo  
uultu suscipere, benigna manu tricere, amore  
patrīo complectere. Quod si Plinius Ve-  
spasiano, Oppianus Sezero, Virgilius Augu-  
sto ob patrocinium dignam gratiam retu-  
lerunt, ne dubita & HESIODVM, Musarū,

P R A E F A T I O,  
et ipse se proficitur, discipulum, tutelæ à  
T.G. præstite gratiam relaturum & se &  
Tuæ Generositatis dignitate dignam.

Bene ualeat T.G. AVGVSTAE,  
Calendis Februarij, anni

1579.

b 5

# Η ΣΙΟΔΟΥ ΤΟΥ

ΑΣΚΡΑΙΟΥ, ΕΡΓΑ ΚΑΙ ΗΜΕΡΑΙ.



ΟΥ ΣΑΙ πιεζίνθην ποιόντος Ιλέαν-

σαι,  
Δύντε δι' αὐτέπιτον εφέτρον πα-

τέρ ύμνείνσαι,

Οη τε μιά βροτοί αὐδρες ὅμως, ο-

φαῖστε φαῖστε,

Ράτοι τ' ἄρρητοι τε, μιὸς μεγάλοιο ἔπη.

Ράτα μὲν βειάτα, φέν δὲ βειάτουτα χαλέπια,

Ράτα γ' αέρινοι πινύθεις καὶ αἴποι σίξει,

Ρέκτη τ' ιβινα σπολιόρ, καὶ στύλινορας Ιαέρα

Ζώντες ὑψιβρεμέτης, δι' ὑπέρτατα πάσματα ναίσι.

Κλῦθι οἰδὼν αἴων τε, θίνη δὲ ιθωτε βέμισας

Τινόν, ἐγὼ δέ λει πέρηντυμα μαθησάμεν.

Οὐκ αέρα μένον ἔλιν ἐξιδωμ γενός, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν

Εἰσὶ δύν. τὴν μερικεν ταπανήσειε νοήσας,

Η δὲ ἐπιμωμῆ. μιὰ δὲ αὐδιχα θυμὸν ἔχοσιν.

Η μὲν τόλεμόν τε ιαποὺς καὶ μηδεμι όφελα,

Σχεῖλον, τις τὸν γε φιλεῖ βροτὸς, ἀλλ' ὑπ' αὐδέγνως

Αθενάτων βαλῆσιν δρίμι τιμῶς βαρεῖσιν.

Τὴν δὲ ἐτέρην, προτέρην μὲν ἐγείναστο νῦν δρεβεγνησ,

Θῦμος δέ μιν ιρονίδης ὑψίγυρος, αὐθέντηνοις,

Γάιντες τ' οὐρανοῖσι, καὶ αὐδράσι πολλὸρ φέμενω.

· 20 · Η τε καὶ απάλαινόν τοι, ὅμως ἐπὶ δρίγορο ἐγέρει.

Εἰς δετρον γαρ τις τε οἰδὼν, δρίγοιο χατίσων,

Γλά-

# HESIODI OPERA

ET DIES, VLPPIO FRANEKENEN-

si Frisio interprete, ita ut uersus  
uerbi respondeat.

**V**S A E Pierides, prestantes laude car-  
nendi,

Adfatis, patre celebrates dicite uestrum,

Dicite cur homines inter sit nobilis ille,

Conspicunq; hic obscurus? Iouis illa uoluntas.

Non facile extollit, facile elatumq; refrenat,

Et clarum obscurans, obscuri nomen adauget,

Irigit et miserum facile, extinguitq; superbum,

Jupiter altifremus, cui celsum regia coelum.

Andi cuncta uidens, noscensq; et dirige recte

Hec oracula, ego sic Persen uera docebo.

Scilicet in terris gemina est contentio. uerum

Huc animaduertens aliquis laudarit, at illam

Dixerit esse malam: sibi nam contrarie utræq;.

Semini illa etenim bellum, litesq; maligna.

Hinc hominum nulli grata est: sed sepe sequuntur,

Atq; colunt illam, dijs instigantibus ipsis.

Alioram at ipse (etenim prior atra nocte creata est)

Terris imposuit summi regnator Olympi

Jupiter, at longè mortalibus utiliorem.

Nong facit segnum quamuis meminisse laboris.

Qui cernens alium ditescere, dum piger ipse est,

Festindis

πλάνσιον, δε απόδεια μεν αρόματαν, μᾶλλον φυτάνθει,  
Οινόρ τ' ὁ διδαι. μηδοί δέ τι γέτονα γέτων,  
Εἰς ἀφρον απόδειον, ἀγαθὴ δὲ δρῖς μᾶλλον βροτοῖσε.  
Καὶ θεραπούς θεραπεῖ θεραπεῖ, καὶ τέλον τέλον,  
Καὶ πλαχὸς πλαχὺ φθερία, λακάδοιδες λακάδε.

Ω. πέρην, σὺ δὲ ταῦτα τιῷ σύκατθεο θυμῷ.

Μή μέ σ' δρῖς λαπόχαρης απ' δρύγε θυμὸν δρύνος,

Ο Νέπος φυγῆσθοντ' αγορῆς θεατὴν δόντα,

ΖΩ οὐρηγάρ τ' ὀλύμπιον πέλεταν ταπέων τ' αγορέων τε.

Σι τινὶ μὲν βίος σύλλορθ πινετανὸς λαζάκειας

Περάσος, τὸν γαῖαν φέρει Αιγαίνορος αἴτιον.

Τὸν λεπορεοσάμονος, γένεια λαὸν μῆρην δέρειλοις

Κτύματος δὲ παλατέρων, σοὶ δὲ ἐπέτειοι διδετοροι ἔγειται

εἰδὲ ἕρδαν, ἀλλ' αὐτὸις διακρινόμεθα τεῖνος

Ιδαίουσι λίκειας, αἱ τὸν πλέονταν αἴριγμα,

Ηδαὶ μὲν γε λαλέροις διλασάμενοι, θαλατταὶ πολλαὶ

Αρπάξανται ἐφόρεις, μέγας λευκαίνων βασιλῆας

Δωροφάγης, οἱ τελέοι λίκειαν ἐθέλουσι λικασσοι.

ΦΟ Νέπιοι, μᾶλλον λασιμοὶ ὅσῳ πλέον ἄμισον πατέος,

Οὐδὲ ὅσον σὺ μαλάχη τε λαὸν παροδέλην μέγ' ἔναστροι

Κρύψαντες γαρ ἔχεις θεοὶ βίον μανθρώποισε.

Ρητάδιες γαρ λαγοὶ λαὸν δὲ πατεῖ δρυδοσοι,

Σις τε σέ πει εἰς εὐιαυτὸν ἔχειν λαὸν αἴργαδον εόντα.

Αἴψας κε πιναλάλοις μαρὰν ὑπέρ λαπτὴ λαζαθάοι,

Εργα βοῶν δὲ αἴπολοισο, λαὸν διμόνων ταλαστρῆρ.

Αλλὰ τοὺς ἐκρυψε, χολωσάμενος φρεσίμην μοιραί,

Οττίς μιντι εἴσαπάτησι προκηνθούς αἴρητοι μετταί,

Τάνα.

OPERA ET DIES.

49

Pellimat quoq; erare, & humi defigere plantar.  
Tunc curare domum tuam vicino entulus usq;  
Vicinus dicescenti ac pugna utilis hec est.  
Sic figulus figulum, sic & fabrum faber odit,  
Sic natus uatem male fert, sic irus & irum.

Ast immittit tuis hec Persic cordibus imis,  
Ne mala sic placat, nulla ut sit cura laborum.  
Lit tibi, clamosat rixasq; forumq; sequenti.  
Ille etenim lites fugere & contemnere debet,  
Cui non plena domus, cui non sunt horrea plena  
Maturi fructus, Cereris quem terra dat alma.  
Huic si sat habes, age iurgia diramoueto  
Ob res alterius: mecum facere amplius istud  
Hoc licet, at potius rursum causam experiamur  
Iudiciis rectis, que uel Deus optima dicat.  
Quoniam fieret nostre fortis diuinito, rapta  
Plurima i iudicibus sic corrumpendo dedisti  
Dontuor: banc qui cupiunt discernere licem,  
Stulti, quos latet, ut toto sit dimidium plus,  
Et quanta in molli malua asphodeloq; uoluptas.  
Quippe occulerunt homini nunc numina uictum,  
At quondam tantum facile una luce parasses,  
Vnde anno segnis potuisse uiuere toto:  
Continuo ad sumum licuisset ponere stiuam,  
Ac tibi cessarent opere mulierisq; boumque.  
Abdidit at pater hec, iratus pectore secum,  
Imposuit quod ei uersuta mente Prometheus.

Hinc

Τύνει τὸν αὐθεόποιον ἐμέσοντος λυγαῖ.  
 Τὸν Κρύψει τὸν πῦρ, τὸ μὲν αὐθις ἐν τῷ πάστοι  
 Επλεψίαν αὐθεόποιοι, οἷος τοσοῦτος,  
 Εν τοῖς λαζαρίναις, λαζαρίναις τοσοῦτος.  
 Τόμη τε χολωσάμενος προσέφη νεφελιγόρετα γόνεα  
 Ιαπεῖονίλι, τῶνταρι τῷ εἰδεικονίλι.  
 Χαίρεις πῦρ οὐλέψας: ηὐτὸς φροντίς οὐ παροπονεῖσαι  
 Σοὶ τὸν αὐτὸν μέγα τῷ μακρῷ αὐλέψασιν ἐσομετόσαι.  
 Τοῖς δὲ γύναις αὐτοῖς τυρὸς πόσια λαπόν, φέρεις  
 Τέρποντα λατού θυμόν, ἔστρεψαντας αὐτοὺς.

Ως ἦρατ, ἐκ δὲ ἐγέλαστο πατέρι τοῦ Αἰδηροῦ τε βεῶν τοῦ.

Τὸν Ηφαιστον τὸν ἐπέλουσε τειχικλύσιον, δεῖται τάχιστα  
 Γαῖαν ὑδατανάσσειν τούτον τὸν θέμην αὐδίλιον,  
 Καὶ θεούς, θεανάτης ἡ θεῖης εἰς ὅπα εἴσονται  
 Παρθενικαῖς, λαλὸν εἶδος, θηγάνατον, αὐταρ αὐθινίλιον  
 Εργα τειλακοποιού, τολυπολισθαλον ἴσθρον ὑφάνειν.  
 Καὶ χαρίν αἱματιχέσι λεφαλῆ χρυσοῦν αἴροντες,  
 Καὶ τόσοντον αὐγαλέον, λακού γυποπόντας μελεδώντες.  
 Ερ τὸν βέμον λανεόν τε νόον λακείπειλοποροῦθος  
 Ερμέλιν ἄνωγε, οἰδέπορον αὐγειφόντειν.

Ως ἦρατ, οὐδὲ ἐπίθοντο διὰ λερονίων αὐδαπτοί.

Τὸν Αὐτίκα δὲ τὸν γαῖαν πλάσσει λαυτὸς αἱματιχύεις  
 Παρθενικόν αἰδοῖν ἵνελον, λερονίδεων διὰ βαλάνες.  
 Ζῆσες ἡ λακείπειλοποροῦ γλαυκηπεις αὐθινίκι.  
 Αμφὶ δέ οἱ χαρίτες τε θεῖαι, λακείπειλοποροῦ,  
 Ορμής χρυσεῖς ἐθεσαν χροῖ. Αμφὶ δὲ τὴν γε  
 Θρακειλατίνομοι σφίοντας κατεστοισι.

# OPERA ET DIES.

ii

Hinc generi humano mala tristia plurima struxit.  
Primum occultauit seuis mortalibus ignem,  
Quem satie lapeto rursum est furatus in usum  
Humanum, in ferula deportans clam ioue summo.  
At pater offensus, uerbis est talibus usus:  
Qui superas cunctos ô calliditate Prometheus,  
Ob me deceptum ac sublatum letios es ignem:  
Sed dolor hinc ingens tibi erit, cunctisq; futuris.  
Hic dabo nang; malum, mihi quod furatus es ignem,  
Ob quod gaudebunt cuncti, propriū malum amantes.  
Sic dixit, risitq; parens hominumq; deūmq;.  
Vulcanoq; iubet, properanter fingeret udo  
E'limo plasma, huic uires hominisq; loquela  
Indaret, ac uultu celestibus assimilaret  
Virginibus, forma effingens pulchra: inde Mincruam,  
Cum textura alias artes quoq; tradere mandat.  
Et Venerem, capiti speciosum adhibere decorem,  
Ang; comes desiderium curasq; uoraces.  
Addere fallaces mores, mentemq; caninam,  
Mercurium iussit, tibi qui caput abscldit Arge.  
Dixit, ex implebant patris omnes iussa uolentes.  
Exemplò è terra primus pede claudus utroq;  
Malciber effinxit diue simile omnia plasma.  
At cinxit, marieq; ornauit cæsia Pallas.  
Vadig; per totum Charites, Suadelaq; corpus  
Contorta ex auro posuere monilia fuluo.  
Pulcricome uernis cinxerunt floribus Horæ.

Aptauit

Γαβέτη μὲν οὐ γροῦ νέσσων οὐ φύρισσες παλλάς αἴθεντι.  
 Εμὲν δὲ οἱ γένεσιοι πειστήσορος αἴρυει φέντες  
 Υπόδεστοι πίνεταις τε λόγυες, οἷαι εἰπειλόποντος  
 Ταῦτα, οἷας βούλησι βαρυτάτως. οὐ δέ οὐρα φωνήν  
 θεοῖς θεῖσην ιέρυξε, ὅνδραντος δὲ τὸν δε γυναικα  
 Γανδιάρκην, ὃτι πάντες οὐδὲ μητέα μάτιοντες  
 Δῶρον οὐδέργοσσαν, τῷν δὲ αὐθάρασιν αὐλφυγῆσιν.  
 Λύτρα δὲ πειλόποντος πάντας τοιχόντες  
 Εἰς τοιποτέστερον πάντας τοιχόντες  
 Δῶρον οὐδέργοσσαν τοιχόντες  
 Επιμιθώσεως οὐδὲ πομπονθώσεως, μηδὲ τοῦ πάντας  
 Εποπτῶν, μηδὲ τοῦ πάντας θυντοῖσι γούντα.  
 Λύτρα δὲ πειλόποντος, ὃ τε δὲ οὐκέτη μέχεται  
 θεοῖς θεῖσην γένεσιον οὐδὲ χθονί φῦλον αὐθρώπων,  
 Νέσσων δὲ τοῦ πάντας, οὐδὲ τοῦ πάντας χαλεποῖον πόνονος,  
 Νέσσων τοῦ πάντας, οὐδὲ τοῦ πάντας γῆρας οὐδὲν πάντας,  
 Λύτρα γάρ οὐ πάντας πάντας πάντας πάντας.  
 Αλλὰ γάρ τοιχόποντος πάντας πάντας πάντας,  
 Εποπτῶν, αὐθρώπων οὐδὲ πάντας πάντας πάντας  
 Μάνη δέ αὐτόθι δὲ πάντας οὐδὲ πάντας πάντας πάντας  
 Ενδορ οὐδέμαντι, πάντας οὐδὲ πάντας πάντας πάντας  
 Εξέπτην, πρόσθιν γάρ διπέμβαλε πάντας πάντας,  
 Λύγιόχεος βυλᾶσσι πλεὸν οὐφειληγόρετας.

Ἴσσος αλλα γέ μυρία λυγάσσεται αὐθρώπων πάλασσονται  
 Πλεῖν μὲν γάρ γαῖα πάντας, πλεῖν γέ θαλασσα.  
 Νέσσων δέ αὐθρώπων οὐδὲ πάντας πάντας

Λύτρας

O P E R A B T D I E S .

33

Aperauit reliquum mundum Tritonia Pallac.  
Instruxit pectus Maia genitrice creatus,  
Vafriam imponens, mendacia uerba, dolosos  
Morec: consilium Iouis hoc erat. indidit idem  
Preco deum nomen mulcri, nomine recto  
Pandoram appellans illam quod quisq; deorum  
Dono donarat, quod non hominum fuit ex re.

Postquam igitur factus dolus insuperabilis esset,  
Tum pater omnipotens cum dono Epimethea adire  
Iubuit Mercurium, qui nuncius astricolarum est.  
Inmemor aet erat hic, frater quod iusserrat oliv,  
Ne Iouis acciperet donum, sed sperneret a se  
Dimittens iterum, ne clavis origo sit orbi:  
At miser accipiens, malum habens tum deniq; sensit.  
Ante Epimethei erratum mala cognita nulla  
Proflue erant, facilis sed uita erat absq; labore,  
Difficiles aberant morbi senium accelerantes:  
(Iamq; statim inq; malis homines morbisq; senescunt)  
At mulier digitis dum tollit opercula uasi,  
Omne malu, ledens homines graue, sparsit in orbem.  
Sola ibi se in firmis tenuit spes edibus, intus  
Pixidis ad labrum latitans non euolat extra.  
Atq; etiam citius rursum uas tegmine clausit,  
Consilium, mentemq; Iouis Pandora secuta.  
In terram exiliit reliquum genus omne malorum.  
Hinc mare nunc illis est plenum, plenaq; terra,  
Nocte dieq; homines miseros intrudere nunquam

ΤΑΚΤΙΚΗ ΣΤΟ ΔΡΟΜΟ

ΠΥΤΩΜΑΤΟΣ ΦΩΤΙΑΣ, ΛΕΠΙΔΑ ΘΡΗΣΚΙΑ ΦΕΡΟΥΣΑΙ,

ΣΛΥΗ, ἐπάφι ΦΩΤΙΝΗΣ έξελέτο μητέται γόνις.

ΟΥΤΩΣ θτι πώ εἴσι ΜΙΟΣ νέομ έξελέαδαι,

ΕΙ ΔΙ έβελεις, ἔτορόμ τοι δγώ πόγιη έπιπορυφάσω

ΕΝ ΙΔΙΑΙ έπιπορυφάσω, σὺ ΔΙ οὐνί φρισθ βάλτεο οῆσιρ.

ΩΣ ΔΙΜΟΘΥΡΙ ΓΕΓΑΔΙ ΘΕΟΙ, ΒΡΑΪΟΙ Τ' ΑΙΒΡΙΑΤΟΙ,

ΧΡΗΣΙΟΡ ΚΙΝ ΠΡΩΤΙΣΑ ΥCΟΣ ΜΙΘΡΟΠΑΡ ΑΙΒΡΙΑΤΩΝ

110 ΑΘΑΝΑΤΟΙ ΠΟΙΟΣΑΝ, ΟΛΟΜΠΙΑ ΜΙΛΙΑΤ' έχοντες,

ΟΙ ΜΥΝΤΙΠΙΛΙΟΝ ΗΣΑΝ, θτ' θρανῷ έμβασίλουνον.

ΩΣ ΤΙ ΘΕΟΙ ΔΙ έζωρ, ΔΙΠΛΟΙΑ ΘΟΜΩΡ έχοντες,

ΝΟΣΦΙΡ ΆΓΓΟΡΤΕ ΤΩΝΩΡ ΙΔΙΑΙ ΟΙΖΗΝΟΣ, ΥΔΕ ΤΙ ΔΙΑΛΟΡ

ΓΗΡΑΣ ΕΠΙΛΙΘ, ΑΙΣΙ Ή ΤΩΔΙΑΣ ΙΔΙΑΙ ΧΕΙΡΑΣ ΟΜΦΟΣ

ΤΕΡΠΟΥΤ' ΣΥ ΒΑΛΙΝΟΙ, ΙΔΙΑΙ ΗΡΙΟΝ ΕΠΙΤΟΔΙΟ ΑΠΑΙΓΤΩΡ.

ΘΗΠΟΝΟΡ ΔΙ ΩΣ ΉΠΙΑΡ ΜΙΘΡΑΙΜΟΝΙ, ΕΩΔΛΑΙ Η ΤΑΞΤΩΣ

ΤΟΙΟΙΜ ΕΙΝΟΙ ΙΔΙΑΡΠΟΜ ΔΙ ΈΦΙΦΕ ΡΑΙΔΛΩΡΟΣ ΑΙΦΙΦΕ.

ΑΙΤΟΜΑΣΤΗ, ΤΩΔΛΟΝ ΤΕ ΙΔΙΑΙ ΑΡΦΕΝΟΡ, ΟΙ ΔΙ ΈΒΕΛΗΜΟΙ,

ΗΟΥΧΟΙ ΘΡΥΑΣ ΝΕΜΟΝΤΟ ΣΙΑΝ ΔΙΔΛΟΙΟΙ ΠΟΛΕΙΟΙΝ.

120 ΑΙΤΑΡΙ ΕΠΕΙΝΟΙ ΤΗΤΟ ΥCΟΣ ΙΔΙΑΙ ΥΔΙΑΙ ΙΔΙΛΥΨΙΦΙ,

ΤΟΙ ΜΥΝ ΔΙΑΜΟΡΓΕΙ ΣΙΟΙ ΔΙΟΣ ΜΕΓΑΔΛΑ ΜΙΑΙ ΒΕΛΑΙΣ,

ΕΜΠΛΟΙ, ΕΠΙΧΘΟΝΙΟΙ ΦΥΛΑΚΕΣ ΘΗΣΙΩΝ ΑΙΒΡΙΑΠΑΡ,

ΟΙ ΡΙΦ ΦΥΛΑΚΟΥΣΙ ΤΕ ΛΙΝΑΙΣ ΙΔΙΑΙ ΖΕΤΛΑΙ ΘΡΥΑ,

ΗΟΡΑ ΕΟΣΑΜΓΡΟΙ, ΤΑΙΝΤΗ ΦΩΤΙΑΤΥΙΣ ΕΠΙ ΑΙΩΑ,

ΓΛΥΠΤΟΛΟΤΑΙ, ΙΔΙΑ ΤΗΤΟ ΥΓΡΑΣ ΒΙΑΣΙΠΛΗΤΟΙ έχονται.

ΔΙΣΤΟΡΟΡ ΑΙΤΕ ΥCΟΣ ΠΟΛΙ ΧΑΡΩΤΟΡΟΙ ΜΕΓΑΠΙΘΟΝ

ΛΕΓΥΡΕΟΙ ΤΩΙΟΣΑΝ ΟΛΥΜΠΙΑ ΜΙΛΙΑΤ' έχοντες,

ΧΡΙΣΕΙΦΛΕΤΕ ΦΥΛΙΝ ΟΣΑΛΕΥΓΚΟΙ, ΕΓΕ ΝΟΚΡΑ.

ΑΛΙ ΣΠΑΣΤΟΡ ΜΟΥ ΠΑΙΣ ΤΙΑΙ ΤΑΡΑ ΜΗΓΙΣΙ ΙΔΙΛΙ.

Επρέφετ

## OPERA ET DIES.

9

Exagues cessant morbi mala multa ferentes,  
Et tacitè aduenient, nam uox est à loue dempta:  
Sic non uilla Iouis mentem euitare potestas.

Nunc atiud referam, si non audire graueris,  
Ordine quodq; suo memorans, tu mente reconde.

Postquam unà nati dij, mortalesq; fuerunt,  
Primum fecerunt hominum genus aureum, Olympi  
Qui celsas habitant ædes dij fine carentes:  
Hūj; homines coeli Saturno sceptra tenente  
Vivebant, ex erat dij uita simillima, curis  
Aermatisq; uacans, nunquam quassata senecta,  
Robore semper erant simili manuumq; pedumq;  
Perpetras epulas agitabant pectore leti,  
Mors accedebat tanquam sopor illa fuisse,  
Commoda nulla aberant, immensos terra screbat  
Sponte sua fructus, illi sine murmure donis.  
Diuinae uiuebant, inter se pace fruentes.

At genus hoc postquam tellus contexit in alio,  
Continuò facti sunt diui mente Tonantis,  
Atq; colunt terræ, hominum custodiam agentes,  
Qui nunc quid instè obseruant, quid fiat iniquè,  
Aere nestiti, peragrantes undiq; terram,  
Diuinas tribunt: regale hoc munus eorum est.

Inde genus superi fecere argenteum Olympi,  
Longè dexterias multis in partibus auro,  
Haud mentis probitate ualens, haud indeole tantum.  
Tempore at hoc hominū, bis quinquaginta per annos

130 Ετρέφεται δέλλαρυ μέγα τρίποστόν εἰς οἴκων.

Αλλ' ὅταν ιθύσει, λαὸς ἔνεις πέτρονταιοῖς,  
Γεωβιλιοῦ γάστορε πεπλεύσης  
Αφραδίκαιος ὑδρευτὴ πεπλεύσης  
Αλλήλων απέχειν, φέρει πεπλεύσης  
Ηθέλον, φέρει πεπλεύσης θραπικίαν  
Ηθέλησις αὐθρώποισι λατεῖ οὐθεῖ, τὰς πόλεις ἐπετει  
Ζεὺς λιγονίστης ἐκρυψε χολόκηνος, ἐνεπα τεμάς  
Οὐκ ἐδίδειν παπαρέσσι θεοῖς, στὸν μητορέντην.

Αὐταρὲ τὸν λαὸν τὸν γερόντας λαζαὶ γάτας λαλούντε,

140 Τοὶ μὲν ὑποχθόνοις παπαρέσσι θεοῖς λαλέονται  
Δεύτεροι. αλλ' ἐμπτο τεμὴ λαὸν τοῖσιν ὑπιδεῖ.

Ζεὺς δὲ πατέρ τέλτον πέπλο γερός περόπωρος αὐθρώπων  
Χάλκεον τῶντο, φέρει αργυρῷ ὑστερὸν διοισι,  
Επι μελισσῶν λαὸν τελεύταινον, φέρει αργυρός  
Ἐργοῦ ἐμελέ πεπόρται, λαὸν ὑδρευτὸν διοισι στόρον  
Ηδηροῦ, αλλ' αἰδανούσιος ἐχοντι πρατερόφρονα δυρμόν,  
Απλαγῶν μεγάλη δὲ βίαια λαὸς χέρεις πατέσσι,  
Εξ ὄντων διόφυτον ἐπὶ τελεύταις μελέεσσιρ.

Τοῖς δὲ λαοῖς χαλκεοῖς μῆν τελεύταις, χαλκεοῖς δέ τε οὖν,  
150 Χαλκεῶν δὲ φρυγάνοντο, μόλας δὲ πεπλεύσης στόλιπος.

Καὶ τοὶ μέν χέρεισιν ὑπὲ σφετέρους παπούτες,  
Βῆσσαν εἰς σθρώντης θεμορέρνορθος πεπλεύσης  
Νόνυμος. Θεούσσας δὲ, λαὸν τελεύταις πεπλεύσης,  
Εἶλε μέλιτος. λακτηρόν δὲ ἐλιπον φάσος πεπλεύσης.

Αὐταρὲ ἐπὶ λαὸν τὸν γερόντας λαζαὶ γάτας λαλούντε,  
Αὐθεῖς ἐπὶ πλανταρέρνορε πεπλεύσης πεπλεύσης

Matri lacte domi uiuebat paruulus infans.  
 Sed quum pubertas iam plenaq; contigit etas,  
 Tempus ad exiguum post illos uita manebat.  
 Matres uiderunt mala, namq; iniuria nunquam  
 Matres cessabat, reverentia nulla deorum,-  
 Nullus erat cultus, nulla artis sacra cerebant,  
 Ut mos est alijs mortalibus. hinc pater altus  
 Iuppiter accensus, merita illos perdidit ira,  
 Quod superis nullos dare dignarentur honores.

At genus hoc postquam tellus quoq; texit in alio,  
 Misib; terris sedes habitare secundas  
 Sunt infi, atq; allic non sunt ab honore remoti.  
 Necm et hinc hominum genus alti rector olympi  
 Iuppiter equandum non parte argenteo in ulla,  
 Quercibus ex duris fecit durum ualidumq;.  
 Hors erat bis cordi, et uerane libido nocendi.  
 Non frugem ederunt, adamantis pectus habentes,  
 Incedunt suberat robur, fortesq; lacerti  
 Pendebant de brumbris, mebra omnia crassa cerebant:  
 Arma quidem ex folido constabant aere, domusq;  
 Omnia (albus ferro tunc ignoto) ex aere parabant.  
 Vitellus proprio manuum finita furore est,  
 Atq; Plutonis nullo cum nomine regna  
 Intravit: quamuis fortes, quamuisq; superbos,  
 Hors tamen inuasus, solemisq; relinquere fecit.

At genus hoc postquam tellus quoq; texit in alio,  
 Iuppiter in terris Saturni filius inde

Η ΣΤΟ ΔΙΟΥ

Ζοὺς λιγονίδης πόνος, Δικαιότερορ διὰ σέφερ,  
Ανθρώπη πρώην θέσμη γεφος, εἰς οὐαλέσσης  
Ημίθεοι, προτέρη γενεῖ διατάρονα γαῖαν.

160 Καὶ τὸς μὴν τόλεμος τε ἱκανός, λαὶ φίλοποις αὖτις,  
Τὸς μὴν ἐφ' ὑπῆρχοντα θέθη παθητίσθε γαῖαν  
Σιλεσιος μαρτυρεῖντος μελλωροῦντος οὐδεπόδου.  
Τὸς δὲ λαὶ σὺ νήεσοιρ ὑπέρ μέγικ λαΐτην θελάσσης  
Εἰς τροίλον θραγύωμ, ἐλούντης σφίνξ πάνομοιο,  
Ενθ' ἦτοι μεν τὸς θαυμάτην τέλος αμφεπάλυψε.  
Τοῦτο δίχ οὐθρώπωμ βίστορ διὰ διάσας  
Ζοὺς λιγονίδης λαθεύασε πατέρες ιεπάρατα γαῖας.  
Καὶ τοι μὴν ναάσοιρ αὐτοῖσισ θυμόρρέχοντες  
Εν μακαρῷν τησοιοι, παρά τοπερ θεοῦδικον τηνίκαν,  
170 Ολβιογήρωιτ. τοῖσι μελινδέσιαστρού  
Τεὶς δὲ τοις θάταντοισ φέρεταισισ αργυρα.

Μενέτ' ἔπειτα πρειλον θύμονταί μετέποιοι μεζέταις  
Ανθράσσιν· αλλ' οὐ πρόσθι θαυμά, οὐ διπέρα γενεθεῖ.  
Νῦν γονδιὰ γεφος ἐγένετοισιδέρεον. Υδέτωστον διαρ  
Γάδσοντοι λειμάτην διὰ σίδηνος, ύδετε τι τούτηωρ,  
Φθερόμονοι. χαλεπάς δὲ θεὸν Λάσονθε μερύκνας.  
Αλλ' θυπτεισ λαὶ τοῖσι μετέπειταις θελαὶ λακοῖσιρ.  
Ζοὺς δὲ οὐδεσπήτητο γενός μορόπωρ αὐθρώπωρ,  
Εὐτ' αὐτούσιοις πολιορκηθει τελέωσιν,  
180 Κύδετο παίδεσσερ ὁμοπότ, ύδετε τι παιδεῖς,  
Οὐδὲτε γένος ξενοδόπω, λαὶ διαύρος διτάίρω.  
Οὐδὲτε λικούγητοισ φίλοις ἐστήσαις τὸ παχόσωρ.  
Λύγα δὲ γκράσιοντοισ απιρδεσσει τοπῆς,

Μέττα

OPERA ET DIES.

30

Rursum aliud fecit quartum prestantius atq;  
Iustus herorum genus; ip̄fis equiparandum  
Dip, ac semideos hos secula priora vocabant.  
Abstulit et nimius bellorum ardorq; furorq;  
Hoc septem gemine Cadmice ad moenia Thebes  
Ob tua pugnantes pectora, atq; ipsum Oedipe regnum,  
Illos nauigio sala per framantia ponti  
Ad Troiam uectos, te propter Tyndaris alma,  
Oppressaq; illic mors ultima linea rerum,  
Iuppiter ac simul hos ad mundi extrema remonit,  
Longe à terricolis tribuens uitamq; domosq;  
Atq; quidem Leti semper vacuiq; dolore  
Calcent Elysios campos prope littora uasti  
Oceani, blc illis dulcemq; unoquoq; ter anno  
Efundit fructum mater gratissima tellus.

Dij nimirum quinta mihi uitam etate negassent,  
Sed ascendens adhuc miser essem, aut mortuus olim:  
Feruum enim nunc est genus, intermissione nunquam,  
Nunquam fuis erit nocturne dicere malorum,  
Perpetuis hominum dij strigent pectora curis.  
At aliquando malis his succendent bona rursum.  
Nam paternus genus hoc hominū quoq; morte domabit,  
Vtraq; quam fuerint iam cani tempora facti.  
Nec similius nato genitor, nec filius illi,  
Nec socius socio, nec fidus suscipienti  
Hospes erit, proprio nec fratri frater, ut ante:  
Desipient senio seffos sine honore parentes,

Μέμφονται δὲ αὐτοὶ τὸ χρηματεῖον βάσιοντες ἐπιτελεῖ  
 Σχέτλιοι, εἰδὼν θεῖον ὅπερ ἀδότει, καὶ δέ μου οἱ γε  
 Τιραύτεοι τοῦ συνειρήπτην πάσιν ποίουν,  
 Χαροδίκαιοι, ἔτορες δὲ ἑρόει, πόλειν ἔβαλαν πάσας.  
 Οὐδὲ τες σὺν ὄρπης χάρεις ἔστησαν, ἢ τε δικαίων,  
 Οὐτ' ἀγκεφθῆ μετὰ οὐ κακῶν ριψῆσαι, οὐδὲ οὐδεις  
 190 Λαρέα τιμάσσοι. Άλλοι δὲ σὺν χρόνοι, οὐδὲ σύντοις.  
 Οὐκ ἡγανάκτει δὲ ὁ λακεώς τὸν αρέσκοντα φύτην,  
 Μύθοισι σονδιοῖς σύντηρε, ἀπὸ δὲ ὄρπου αρέτην.  
 Σῦλος δὲ αὐθράπτοισιν εἰδορεῖσιν ἀπαραι  
 Δυοκέλαδας, λαπόχερτος, ἀ μαρτίασα συγθρότην.  
 Καὶ τότε δὲ πρὸς ὄλυμπον ἀπὸ χθενὸς ἀνρυαδένει,  
 Λοινοῖσιν φαρέτοις λαλούκειον ωργόν τι λαλὸν,  
 Αθανάτοιν μὲν τῷ φύλοντι τεντούσι, περιττόντεν τούτοις,  
 Λιδοῖς λαμπεῖσι, τὰ δὲ λέγουσαν ἀλγεῖται λυγεῖ.  
 Θρητοῖσιν αὐθράπτοισι, λακεῷ δὲ ἐξετασθεῖσι.  
 200 Νῦν δὲ αὐτῷ βραχιλένη δρέψ, φρονίσαι λαμπτοῖσι.  
 Ωδὲ διηρεῖσι ποσεῖσιν αὐδέται πενταδέκαροι,  
 Υψὶ μάλιστα νεφέλαισι φέρειν ὄντυχοισι μικράπις.  
 Ήδὲ ἐλεοντούσι πεντακισκόντα μέρη ὄντυχοισι  
 Μύρετο. τὴν δὲ οὐδὲ πεντετέτειν πρὸς μέθον ἔστει.  
 Οαιμονίον, τελέσαντας ἔχει τὸ τοιδὲρον αρέσκον.  
 Τῇ δὲ τούτῳ εἴρηται πόλη μηδεὶς ἔσται.  
 Οἰκτορεὶς δὲ τούτοις εὐέλαι ποιέσαντας, πέρισσοις,  
 Λαρρων δὲ οὐδὲ εἰδέλοι πρὸς ιεράδοντας περιφέρεισιν,  
 Νίκης τε πέρεται, πρὸς τὸν καχεῖον ἀλγεῖται πάρχει.  
 210 Μετέρατος ἀποπέτηται ίρης, παντοτέρος δρυς.

Nuper andebant duris incessare uerbis,  
 Vipote nec nomen reverentes adde quod ipsi  
 Dies seni patri proles clementia negabit.  
 In cruce in dextra suaq; alterna oppida scindent,  
 Vir bonus aut iustus nullius fiet honoris,  
 Sed negis infiugem sua per scelera atq; rapinas  
 Suspiciunt,cedet ius dextre, nec pudor ullus  
 Notus erit, fallet probiam ex improbus, ore doloso  
 Verba obliqua loquens, penuriaq; insuper addens.  
 Deniq; luxur edax, pallens, tristisq; malisq;  
 Alterius gaudens, homines se sparget in omnes.  
 Tunc Pudor ex Nemesis, duo maxima numina, celi  
 Antiqui reperirent, sedes, nelamine corpus  
 Obiecti nimbo, ternaq; hominesq; superbos  
 Gaudibus liquisse: quibus tamen egra relinquunt  
 Tot mala, que nullo poterunt medicamine tolli.  
 Nunc age principibus referam, doctis licet ipsis,  
 Fideliam. Accipiter sic paruam ad aedona dixit,  
 Alio in nube serens, conuellensq; unguibus atris.  
 Hec miserè clusit curva lacerata sub ungue,  
 At fuit accipiter nox illa tyrannica diro:  
 Quid garis demens in me longè fortior in te  
 Im habet, hæc tibi cantrici, quæ duco, sequendum.  
 Nunc nubi si placat, tibi parcam, aut cena futura es.  
 Statim, maior i cupiens contendere contrà,  
 Vincitur, atq; ignominiam cum clade reportat.  
 Si sit accipiter, fulcans celeri acra penna.

48 Η ΣΙΩΝ ΟΥ  
ει πορίουν δέλλης μέντος ὑβρινόφειδος  
Υβρις γαρ τε λακάσαι λαθρόφερον, οὐδὲ ποντεύθλαστος  
Ρυθέως φερίμηνος διενατασσεις φερόντας διέ θύπαν αὐτοῖς,  
Εγκύροντας κατηποτρι. οὐδὲς δέ εἰσέρηψε παρελθάνει  
Κρέασων εἰς τὰ δίκαια. λίπη δέ πάπερος ὑβριστιχία,  
Εστέλοντες λεβύσα. παθώντας δέποις οὐδενός  
Αὐτίκα γά τρέχει δρός αἴρησι σκολιῆσι δίκαια.  
Της δέλλης ρόθος, ὀλημοδιαγένειαν οὐδεὶς άγειος  
Δωρόφερόγειος, σκολιέτες δέλλης λεγετοντος θέματας.

220 Ηδέ επειτα λελάνθασι πόλεις τε λακάσαι λατήν,  
Ηέρας εσαίμοντο, λαπόντος αὐθέρνασσοι φέρουσαι,  
Οἵ τέ πειροφέρονται, λαστεπάθεαρ σύμμαχοι,  
Οἱ δέλλης ξείνοντος λαδεῖς οὐδεμοίσι θεοῖσιν  
Ιθείας, λακάσαι μέν τι παρεκβάνοντο δελλάτιον,  
Τεῖστος τεθελε πόλεις, λακοί δέ αὐθέντοις εἰς αὐτοῖς  
Ειρίνην δέ αἴρα γένειον λεφροφέροφος, οὐδέποτε αὐτοῖς  
Αργαλέοντος πόλεμον τελμαῖστας συρρύσαταισί.  
Οὐδέποτε ιδυδίκασσοι μέτρον αὐθέρνεσι λαμπόσιαντος,  
Οὐδέποτε θαλής δέλλης μεγαλότα δρύγα νέμονται,

230 Τοῖσι φέρει μὲν γεῖσαι πόλεις φίσιρ. φέρεις δέλλης  
Αηρει μοντε τε φέρει βαλανεῖς, μέσοις δέλλησαν.  
Ειροπόνος δέ δίεις μακλοῖς λασταβεβέρεταισι.  
Τίτζει δέλλης γυναικεῖς δοκιότα τέλητε γενοῦνται.  
Θέλλησιν δέλλης αἰγαθοῖσι δικριπόρεσ, οὐδέποτε τηλεφέρει  
Νέασονται, λαστρόν δέλλης γένειδιαρος αἴρυσαι.  
Οἰς δέ οὐβρις τε μέμιλος λακάσαι, λακάσαι ζέτλια δρύγα,  
Τοῖσι δέλλης λιγορίδης τελμαῖρεται συρρύσαταισί.

ΠΟΛΛΑΣ

Tu sequerò Perse iustum, iniustumq; relinque,  
 Non malecum petulans homines iniuria ledit,  
 Quia nū ferre nequit patiens, quin corde mouet  
 Celum ullum accipiens: melior sic semita monstrans,  
 Inſicam, cedit quoq; tandem iniuria iuri  
 Succubens, statutus non nouerit hoc nū ſi paſſus.  
 long; statim conſes eſt iuri periuium iniquo.  
 Inſicā buſc ſequitur, trahitur quoq; ab auarice  
 Inſicibus, quos lege ſinit deſcenere iniqua.  
 Hinc luxurians urbis uicos populumq; pererrat  
 Acetefia, illis ſecum mala plurima uoluens,  
 A quibus exacta eſt, fraudataq; partibus equis,  
 Qui uero externis ex ciuibus omnia iuste  
 Distribuunt, nil flectentes à tramite recto,  
 His uiret urbs, populiq; uigent, atq; omnia florent,  
 Pax inueniens nutrix uſq; eſt, non horrida bella.  
 Latinidens illis immittit ſuppiet unquam,  
 Nec populos inter rerum uilla penuria iustos,  
 Infundit epulis in facris parta labore,  
 Terra dat immensos fructus, in montibus altum  
 Quercus fert glandes caput, eſt apis incola uenitris,  
 Grex ovium lana per agros incedit onustus,  
 Et ſimilem ſobolem genitrices patribus edunt,  
 Deniq; cunctarum rerum ubertate frauntur,  
 Non ſcindunt naues, tellus uictum alma ministrat.  
 At quibus eſt cordi mala uis, malefactaq; dira,  
 Delinit exemplò his Saturnius ethere poenas.

Nomine

Πολλάκις οὐδέποτε πόλεσι κακῷ αὐθόρος ταυταῖ,  
Ος τις αἰλυτράνει, δεινὸν πάνταλα μεχανάκται.

**240** Τοῖοι δὲ ἄρανόθρον μέγ' ἐπίθυμη γε πᾶμα λιροτάρη,  
Λιράρηδεις δὲ καὶ λοιπόρ, ἀποφθενόθρον δὲ λαοί,  
Οὐδὲ γυναικες τελεῖσιν, μινύθροις δὲ σῖτοι,  
Quarto dicit, ubi ad summum peruenient facit, nam esse facilem. Hoc sit propter uim diuturnę assuefactionis, que tandem omnia, quamlibet ab initio difficultaria et molesta, efficit faciliora et gratiora. Itaq; praecepit Pythagoras, ἵνα τὰ ξεῖγα, οὐ δὲ ιδιοπός ποίησαι: Eligenda est optima uite ratio: banc consuetudo letiorē iucundissimam reddet. Et Ouidius: Quod male fers, as. quibus fuesce, feres. Aristoteles uero dicit: Signum scientis est, assuefatus. Et certissimum signum est habitus, si quis magna facilitate et libenter ea agit, que sunt facienda pro modo uocationis. Laborādam itaq; est, donec quis consequatur mediocrem doctrinam, quam postea alat. assiduo studio. Reddet enim et facilem et iucundam.

### 3. DE VITIO ET MALITIA.

τὸν μὲν τοι λεπότηντα λαὸν ἐστὶν ἀλέσθαι  
μετὰ διωργάνων, πλάγη μὲν ὁ θεός, μάκαρε δὲ ἡ γύνα: ναί.

u.285 et 286.lib.1.

Quam facile innumeras uitiorū amplectimur artes: Haud procul illa habitant, breuis est uia, quā sit eundem.

Malitia quamvis sit iniuriosa, hoc est, acquisitio, tamen omnino facile et exiguo negotio laetior, laeti, ἀλογληχα, id est, in solidum possidetur, nec est tam difficilis

difficilis comparatu & tam tarda sicut uirtus. Quam  
primum enim aliquis furum fecit, statim malitiam il-  
lam furandi stimulatricem in solidum acquisiuit: & sic  
adulterandi malitiam similiter, & cetera uitia. Hec  
Tzezes. Apud Xenophontem legitur, *λαίμη μονὶ ὁδῷς*,  
hoc est, plana est uia: id quod conuenientius ad com-  
plendam antithesin sententiae prioris de uirtute, ad  
quam iter dixit esse salebrosum & asperum. Quām bel  
lē uero hec poeta sententia conuenit cum doctrina

March. 7 Christi: Introite per arctam portam: quoniam lata est  
porta & spaciofa uia, que abducit in exitium, multiq;  
sunt qui ingrediuntur per illam: quoniam angusta est  
porta & stricta uia, que abducit ad uitam, & pauci  
sunt qui inueniunt illam. Vocatur hec arcta & angu-  
sta uia (ut hoc obiter annotem) cap. 19. Ioh. ut exponit  
Arnobius Afer, & foramen acus, ubi inquit Christus:  
Facilius est camelum, id est, nos gentiles, qui nihil re-  
ctum in nobis habemus, per foramen acus transire,  
quām diuitem, id est, populum Iudaicū, in regnū Dei.

## 4. DE P R V D E N T I A.

*Ἴτος μοὶ παράπειγος, εὐ.ii.291.lib.1.*

Stigelius ita uerit:

Optimus ille quidem, qui per se omnia nouit,  
Expendens secum que sunt meliora futura.  
Nec tamen ille malus fuerit, qui recta momenti  
Obsequitur. Verum qui per se nil tenet ipse,  
Nec reliquos audie, reuera pessimus ille est.

Hanc

Hanc yroculu illustrat Aristotelicum discrimen inter intellectum agentem et patientem. Sagacitatem et perspicacitatem inueniendi sine admonitore aut doctore alio uocat Aristoteles intellectum agentem: docilitatem, qua aliorum inuenta atq; tradita excipiuntur, intelliguntur et apprehenduntur, patientem. Vterq; igitur, et qui agentem et qui patientem habet intellectum, est intelligens seu prudens: qui autem utroq; destituitur, insipiens, stultus et improbus habetur.

De primo genere hominum teneantur ha interpretationes sapientum.

Prudentis est, ex preteritis et presentibus futura colligere. Iste enim est sapere (ut inquit Comicus) non quod ante pedes modò est uidere, sed etiam illa que futura sunt prospicere: ex preteritis scilicet bene secus fugientis consilium capere, quo pacto futuris succurras. Atq; hoc olim gentilium antiquitas imagine Iani Dei, quem bifronem pingebat, lepidè significabat, quod oporteat prudentem à fronte et à tergo (ut Homerus inquit) oculos habere. Hec Fagius. Ludowicus Viues ita definit sapientiam: Vera, inquit, sapientia est, de rebus incorruptè iudicare, ut talem unamquaque existimemus, qualis ipsa est: ne uilia settlemur tanquam preciosa, aut preciosa tanquam uilia reijciamus: ne uituperemus laudanda, ne uile laudemus uituperanda.

De secundo genere hominum.

Dicitum filij Zoma: Quis est sapiens? Qui dicit à B quoniam

quouis homine, sicut dicitur: (Psal.119.) Ab omnibus qui docuerunt me intelligentiam concepi, quia testimonia tua meditatio mea est. Admonet igitur eum sapientem indicandum, non qui presumit se omnia scire, sed qui reputat se nihil scire, et paratus est a quo quis discere. Nunquam, inquit Comicus, quisquam tam bene subducta ratione fuit, quin res, etas, usus, semper aliquid apportet noui, aliquid moneat, ut illa que credas scire, nescias: et qua tibi putaris prima, in experiundo repudies.

### De tertio genere.

*Hominem stulto et improbo in terris nullum monstrum perniciosius.*

S. DE VSV SERMONIS.

γλόσης τοι θνητούς οὐ καθρώποισιν αἴρετος  
φεδωλᾶς, πλέγμα δὲ χάρες διῆται μέτρον ιόντος.

u.337. et 338.lib.2.

Non alia est melior res, quam custodia lingue,  
Gratia quam decorat moderate summa loquelle.

Gellius lib.1.cap.15. Hesiodus poetarum prudentissimus linguam non uulgardam, sed recondendam esse dicit, perinde ut thesaurum: eiusque esse in promendo gratiam plurimam, si modesta et parca et modulata sit.

Euripides: ἀχαλεύη γεμέτωμ, αὐόμη τε εἰρηνή  
υετὸ τὸ τέλος διεγένεται.

Pbauorinum (inquit Gellius) ego audiuī dicere, non  
de ijs tantum factos accipi debere, qui impia aut illici-  
ta di-

ta dicarent, sed uel maximè de hominibus quoq; posse dici stulta et immoda blaterantibus: quorum lingua tam prodig. infrenisq; sit, ut fluat semper, et aduet collusione uerborum teterrima.

Teneatur et bic uersus:

*Nobile lingua bonam, que sari in tempore nouit.*

Dicitur Schamai.

*Loquere parum, et fac multum: exemplo Abrahami peregrinos hospitio excipientis, pauca promittentis, plura prestantis.*

Plinius lib. II. cap. 25.

*Ut noctus aues inauspicate noctu gementes (nam hec illis uox est) mortalium inuident quieti: sic uirulenta lingua semper aliquid spargit, quo concordiam hominum disturbet, plurimumq; noceat.*

Christus Dominus noster sciens ex loquacitate oriri mala, et illa imprimis que pugnant cum capite legis sue, rixas, discordias, similitates, ad circumflexionem loquendi interminatus est. De omni uerbo ocioso, quod homines fuerint locuti, reddituros nos rationem in disquisitione illa mundi. Iccirco Psalmista inquit: Pone cibos diuinae ori meo, et ostium circumstantia labiis meis. Huc pertinent proverbia: Frenum in lingua. Et: Ne lingua mente celerior.

Alia u. 373. lib. 2.

*καὶ λοποῖς πινάκισιν κύπελοι, εγέ. Τρεζες αλληγοί συνά ita explicat: Ne diuulges et subsannas, apertaque*

facias ea que audiisti occulta ab aliquo, qui tuo consilio uolebat uti. Deus enim aliquis ex prudens, etiam ob hoc factum in crimen uocatur, &c.

#### 6. DE EFFECTV SAGACITATIS & eloquentiae.

*οὐ τινα τιμήσωσε, &c. à u. 81. usq; ad 88. Th.*

Ex hoc loco uidetur Virgilius mutuatus esse illam preclaram sententiam Aeneid. i.

Tum pietate grauem, ac meritum, si forte virum quem Conspexere, silent, arrectisq; auribus astant.

Ille regit dictis animos ex pectora mulcet.

Loquitur de singulari ingenij dexteritate, qua artifices, doctores, gubernatores facile perspiciunt quae ex usu sunt ex dignitate boni publici, et reliquam multitudinem secum quasi chororum quendam trahunt.

Alia de effectu philosophie:

*λητομοσυνήν τε λανῆν, ἀμπαναέ τε μορμοράν,*  
u. 55. Th.

#### 7. DE CREDULITATE.

*wigas d' ἀρά θυάς, &c. u. 370. lib. i. Οὐδὲ qui sequuntur, unde cum precedenti.*

De hac teneantur hi uersus:  
Nusquam tuta fides, diffidere quisq; memento,  
Tantum fide manus quantum oculata uidet.

Et:

*Qui tantum fudit, quantum uidet, is bene fudit.  
Parva solet magnis rebus imesse fidem.*

Fide

*Fide igitur, sed fide parum. Nam fidere multum*

*Non solet, at cautè fidere, uera fides.*

*Huc pertinent proverbia: Inter spinas calceatus. Et  
Fidens non confidens. Et: Fronti nulla fides.*

### 8. DE LABORE.

*οὐδὲ ὅργα φιλέσθω μήτερα λουσαῖν, π. 304. lib. 1.*

*ὅργαζον πέρους διου γούρος, π. 297. lib. 1.*

*Δαιμόνες δὲ οἱος ἐνθάτη, τὸ ὅργαζεθαι αἴμανον, π. 312.*

*lib. 1.*

*ὅργαζον τύποις πέρους ὅργα τάτ' αὐθεώποιοις θεοὶ<sup>Διόσιεκτοντο</sup>, π. 16. lib. 2.*

*ὅς δὲ εἰς ἔρητι φέρει, ὃς δὲ αλύξεται αἴθοπι λειδόρ, π. 361. lib. 1.*

*ὅργον δὲ ἵδεν ὄνειλος, φέργυιν τὸ ὄνειλος, π. 309. lib. 1.*

*ἴε ὅργων δὲ αὐθερες πολύμηλοι τὸ αἴφναιοι τε, π. 306. lib. 1.*

*τῷδε θεοὶ νεμεσῶσι λαὶ αἵρετες, στρ. π. 301. lib. 1. La-  
borando te reddes charum et sapientibus et plebeis.  
Tres.*

### 9. DE DILIGENTIA.

*μελέτη δέ τε ὅργον ὀφέλεια, π. 30. lib. 2. μελέτην δέ  
λόγια τίνει τεχνὴ ἑπτάρια καὶ ἐπιμέλειαν, ἐπι μελέταιν, τὸν αὐτὸν  
βολῶν χαίρεσσαν. Cura et diligentia facit, ut felix sit  
noster labor. Et Cicero inquit de Oratore: Diligentia  
virtus est, qua una relique omnes continetur. Dici non  
potest, quantum in re omni ualeat quantulacunq; sedu-  
litas, ut de formicis scribit Plinius.*

fiue haurio.

*haurio d' iñi wāσiν aγeγros, u. 312. lib. 2.*

Temporis opportunitas frequentius haurio, quam  
convenientia, ab idoneis scriptoribus nominata legitur. De  
bac inquit Dion: Bona pars negotiorum opportunita-  
te potius quam potentia ad optatum finem deducitur.

De eadem u. 259. lib. 2.

*τιμὴν δὲ πέριον ὅργων μεμνημόνος εἰναι σφράγιον  
καύτωρ. In omni re temporis ratio habenda est. Alia  
enim alijs temporibus conueniunt. Hinc vulgo dicitur:  
Omnia tempus habent. Ecclesiast. cap. 3. Omnibus est  
tempus, et suam opportunitatem habet quaecunq; res  
sub celo.*

De eadem u. ult. lib. 3.

*ὅργιθας λέγουσι. Romani, autore Valerio Max. neq;  
priuatum, neq; publicè quidquam aggrediebantur, nisi  
prius sumptis auspicijs, id est, consultis anib; quae in  
cum usum publicè alebant.*

#### II. DE OCIO.

*πολλὰ δὲ ἀσθεῖον αὐθε λεγεῖν εἰνὶ εἰπίστα μητρῶν,  
u. 116. lib. 2. Columella: Homines nihil agendo male age-  
re discunt.*

V. 30. lib. 1.

*ἄρει γαρ τὸν οἰλίην πέλεσαι, ετε. Non licet tenuibus  
in foro uersari. Iudæi dicunt, modica conuersatione  
legem acquiri, id est, ut non sit frequens cum homini-  
bus*

*bus in foro. Licet hic parodian facere.*

V.29.lib.2.

Ἐ γέρθι τωσιοσφύγος αὐτὸς πίμπλως οἰδησι.

V.300.lib.1.

Δειπός γέρθι τοι πάμπαν αἴργυρος σύνφρορος καλέσι.  
τῷ δὲ θεοὶ, εἰ.

V.118.lib.2.

Ἐλπίς δὲ ἡ γέρθι οἰχειμόσθιος αὐτὸς λουίσι.

D. Hieronymus in eo libello qui de modo uiuendi  
in monasterijs inscribitur, dicit, omnis immūdicie atq;  
peccati matrem esse ocium.

### 12. DE PROCRASTINATIONE.

αἰεὶ δὲ αἱρόμεσθιος αὐτὸς ἀτασι παλαια, u.31.lib.2.  
μῆκος αὐτοῦ εἰδα, εἰ. u.28.lib.2. Dictum Rabbini  
cuiusdam: Ne dicas, Cum ociosus ero, discam. Fortassis  
nūquām ociosus eris. Cic.6.Philipp. Nam cū pleriq;  
in rebus gerēdis tarditas et procrastinatio odiosa est:  
tum hoc bellum indiget celeritatis, Lucanus:

Tolle moras, semper nocuit differre paratis.

Silius:

Pelle moras, brevis est magni fortuna fauoris.

### 13. DE CONTENTIONE.

Ἐν αραι μῶνοι ὅτου, εἰ. u.11.lib.1. Hesiodus duas far-  
cit eridas, quarum altera pestifera sit mortalibus, alte-  
ra frugifera. In priore certaminis genere qui uicerit,  
discedit improbior, nictus fit infelicior. De hoc intelli-  
gatur illud: Flet nictus, nictor interfit. In posteriori que-

superior euaserit, discedit clarior: qui superatus fuerit, discedit scipso melior. De hoc illud est uerum: Bellum haudquam lachrymosum. Porro alterum hoc genus appellatur filios, id est emulatio, quae est incitatio quedam animi ad res honestas, exemplum aliquod intentis: cuiusmodi Themistoclis fuit aduersus Miltiadem, Thucydidis aduersus Herodotum.

## 14. DE PYDORBE.

αὐτῶς τοι πέος αὐταλβίη, εγκ.ii.317.lib.1. Licet hic parodium facere. Sunt quidam qui stilio quodam pudore semper malunt nescire, quam semel discere: cum tamen scire pulchrū sit, et pudendū nil uelle discere.

## 15. DE EFFOEMINATIONE.

μηδὲ γυναικῶν λεπρῶν χρόα φαιδρώθαι, ii.371.lib.2. Viro non utendum muliebribus delicijs et unguentis. Id enim uiro probosum,

## 16. ΠΕΡΙ ΕΥΣΕΒΙΑΣ.

Ἄνθρωποι μάκαροι μακάρων περιλαγμένοι εἴναι, ii.324.lib.2.

O' ter beatum, mente qui pura Deum  
Veneratur; illi, qualecunq; amplectitur  
Vite institutum, dux ad eum semper Deus  
Rectoq; et omnes actiones prosperat.

V.92.lib.2.

εἰ τέλος αὐτὸς ὄπιστην ἀλύπτιος θελὼν ὄπαῖοι.  
Vult ut pro se quisq; acriter in laborem animum inten-  
dat, uerum finem laborum, et ut nos uocamus benedi-  
ctionem,

*ctionem, non nisi à Deo expectet. Ad eandem sententiā  
inquit u. 285. eiusdem libri: εἰ μὲν οὐ πρόφρωμ γε ποστ-  
δοέωμ, εἰ c.*

Huc pertinet distichon:

*Nullius est felix conatus ex utilis unquam:*

*Consilium si non detq; iuuetq; Deus.*

V.82.lib.2.

*σὺ χειθαρίς δὲ διὸ χθονίων, εἰ c. Nihil exordire non in-  
nocato prius nomine. Deus enim, in cuius manu sunt  
progressus ex exitus, optatos eos tribuit ijs actibus,  
quos ab ipso auspiciamus.*

*Omnibus in rebus feliciter omnia cedunt,*

*Si statuerit finem principiumq; Deum.*

*Xenophon lib. de uectigali*

*σὺν γαρ θεῷ πρεστήσουμενων εἰνὸς λαὶ τὰς πράξεις  
προΐνοις ἐπὶ τὸ λῶφον λαὶ ἄμεινον αἱ τῆς πόλεων.*

V.418.Th.

*πολλά τε οἱ δασοῖς τιμὴ γένεται μάλ' ὡς πρόφρωμ γε  
θεῖα, εἰ c.*

V.367.lib.2.

*μέστη ἀπὸ χυτροπόδιων, εἰ c. Ne edas, priusquam dī-  
xeris prectionem.*

V.342.lib.2.

*μηδέποτ' ἐγ γένησι λαίβημ αἴθοπα, εἰ c. Λαζαρότε-  
τος παράγγειλμα.*

V.360.lib.2.

*μέστη προτέοις θεῶν σὺν θεοῖ, εἰ c.*

B 5

V.355.

V.355.lib.2.

μαλίποτ' ἀσφάων πολεμῶν, εγc. Prisci in transcur-  
dis fluminibus voluerunt homines ita assu factos esse,  
ut considerarent non solum periculum presens, sed et  
magis et mirabile donum Dei, ut pro illo quidem uo-  
ta facerent, pro hoc uero gratias agerent.

V.334.lib.2.

λαζαδικεύμενος δι' ἄρδεν, εγc. Statius:  
Nulla autem effigies, nulli commissa metallo  
Forma Dei, mentes habitare et pectora gaudet.

V.373.lib.2.

μήδη ισθοῖσιν ἐπ' αὐθομούοισι, εγc. Impium in res  
sacras iocari, aut dicta sanctorum scripturarum ad ly-  
sus, ineptias, aniles fabulas, scommata conuertere: cu  
quis medicina ad salutem parata coenum aspergat. ad  
obscenitatem autem trahere, id uero nefarium et in-  
tolerabile. Viues.

V.6.lib.3.

ἡβδόμην ισθὸν ὑμεῖς, τῇ γαρ ἀπόλλωνος χρυσάργυρη  
γένεστο λαῆσ. Diem septimum uocat sacrum, quia eo  
die natus fit Apollo. Huius opinionis antiquitas non ba-  
buit nullas causas physicas aut astronomicas. Hebdo-  
mali certè multum tribuitur, septimo numero dierum  
et annorum, ut in multis alijs, ita etiam in natura hu-  
mana.

## EX DE PROVIDENTIA DEI.

Εἰς μονὸν γαρ βελάει, εγc. II.4.lib.1.

Εἰς οὐδὲν

δέ ολγωρ βετεα, λιχι πολλωρ μέσαρα δίνου, ι.

447.Th.

Dictum Aesopi à Chilone interrogati: Quid agit Iupiter? Alta deprimit, extollit humilia.

Xenophon lib.de Cyri iunioris expeditione:  
οἱ θεοὶ ινανοὶ εἰσὶ λική τὸς μεγάλος ταχὺ<sup>ν</sup>  
μηνὸς ποτὲν λική τὸς μηνὸς, λιχὴν εὐ  
λεοντοῖς ἀναγένθαι σὺν πεζῶσι, ὅταν βύλονται.

Teneantur et hi uersus:

Define magna loqui, frangit Deus omne superbū:  
Magna cadunt, inflata crepant, tumefacta premuntur.  
Disce supercilium deponere, disce timere  
Ante pedes foueam, quisquis sublime minaris.

V.265.lib.1.

ταῦτα οὐδὲν διός οφθαλμὸς λική πάντα γονός.

Xenophon lib.de Cyri iunioris expedit.

ταῦτα γαρ πάντα τοῖς θεοῖς ὑπόχει λική παντοχεῖ  
πάνταν ίσον οἱ θεοὶ λιραῖσοι. hoc est: Omnia sunt diis  
obnoxia, neque est quicquam uspiam, quod in deorum  
potestate non sit.

V.348.lib.2.

μεταρέψητοι νύντες ἔασιν. Etiam nocte nihil in-  
decori perpetrandum: eò quod dii uideant, et tunc ma-  
xime apparet propter tranquillitatem uulgi. Itaque  
sunt reverendi.

Xenophon lib.de dictis et factis Socratis:  
συνράτης ἐταύτα μηνὶ μέσαρος δίδυσι, τὰς

λιγές

λεγόμενα, λικὲ πρατήσοντα, λικὲ τὰ συῆ βολεύομένα.  
τωνταχός ἡ παρέντη τῷ συμαινεῖ τοῖς αὐθερώποις περὶ<sup>τῶν</sup>  
τῶν αὐθερώποιων παύτων. hoc est: Socrates omnia que  
dicuntur, quaevis aguntur, deos scire credebat, etiam si  
tacitè cogitentur: ac ubiq; adesse, dēq; omnibus rebus  
agendis hominibus consulere.

V.287. lib.2.

εἰ τοῖς γαρ τέλος ἐγίρ οὐκος ἀγαθῶρ τε λακῶμ τε.  
Bonitatis diuinæ ascribendum, si quem prospicimus  
successum rebus nostris videmus, atq; hoc nomine gra-  
tias Deo quoq; agere, ne ingratitudine nostra offensio  
finem imponat bonitati erga nos, ac deserat, quos prius  
fuerat complexus ex tutatus, Rursus, si quando mole  
multorum malorum premimur, non ita frangi oportet  
ex deiici animo, ut nō speremus Deum facile finem  
impositurum omnibus istis malis. Φ. M.

V.256.lib.2.

τούτῳ, τὸν δόντα αὐτοῖς διδωσ. Pertinet ex hoc  
versus ad prouidentiam Dei. Saepè accidit, ut boni viri  
paupertate premantur.

V.101.lib.2.

ἄλλοι δὲ ἄλλοιοι φύωσιν νόος αὔγιόχοι. De uolunta-  
te Dei inscrutabili.

V.359. lib.2.

τῷδε διοὶ νεμετῶσι, λικὲ ἄλγεα δίκαιον οὐκοσ. Ver-  
bum præteritum cum aduersorio futuro coniungit, in  
quo ex ostendit moram uindicationis diuinæ, ex oc-  
currit

*C.rrit improborum secura de ea persuasiōni.*

18. D E I V S T I T I A E T  
injustitia.

*Aνερομένης ἀτίκη τε συναθέσεις οὐλάλοιοι.γ.230.Th.  
Νόκα sequitur neglectum legum. Nam qui legibus non  
attendit, damno inuoluitur.*

V.277.lib.1.

*ἐπεὶ δὲ δίκαιοις ἐπὶ αὐτοῖς. Dicit iustitiam non esse  
in brutis, sed propriam esse hominibus. αὐθρώποιοι δὲ  
έλανοι δίκαιοι, καὶ πολλῷ μᾶκρη γίνεται.*

V.236.lib.1.

*τοῖς δὲ δίκαιοις τεκμαίρεται, εγένετο δὲ τοῦτο, εγένετο.*

V.220.Th.

*καὶ τὸν αὐτόφωρ τε θεῶν τε, εγένετο. Dicit etiam deos puxari,  
multò magis homines.*

V.279.lib.1.

*αἴ γε τοις λίθινοις ταῖς δίκαιοις αἴγερσον αρ  
γούνοις, τῷ μονῷ τῷ ὄλβῳ Διοῖς σύργουνται σὺν τοῖς.*

Psal.149. Pax multa diligētibus legem tuam, εγένετο non  
est illis scandalum. Injustianus in §. fin. Autb. de hered.  
Leges neminem in paupertate uiuere, neq; in anxietate  
mori permittunt.

V.212.lib.1.

*ὑπεριστάσει τε λακοῦ οὐλῆς βρετῶν. Inuria imbellens  
atq; ignobilem hominem impellit, ut illa utatur aduersus  
fugiam. Traces.*

V.331.lib.1.

τῷ δὲ τοῖς ΖΩΣ αὐτὸς ἀγαίεται. Malefacta plerūq;  
redundant in caput suorum autorum: et scèrè eodē  
genere mali pereunt homines, quo ipsi alios perdunt.

## 19. DE OFFICIO REGVM.

οἱ ρή φυλάκοις τε δίνεις λοὶ χέρδεις ὅργα, u. 123.  
lib. 1.

V. 238. lib. 1.

τονδέντι λοὶ γύμπασα πόλεις, εγc. Videtur esse ini-  
ustum, ut propter unum malum tota ciuitas poenam  
luit. Potest autem intelligi hoc modo, quod si unus sit  
sceleratus, ut morbus quidam, inficiat totam ciuitatem.  
Nam ceteri imitantur malitiam illius. Aut hoc modo,  
quod si unus sit improbus, tota ciuitas luit poenā, cum  
non puniat ex reprimit malitiā, quam posset tollere ex  
punire. Exemplo sit Agamemnon ex Ajax. Nam ob u-  
triusq; delictum totus exercitus est afflictus diuinitas:  
quod ille filium sacerdotis, hic autem fanum Palladis  
violasset. Proclus.

Huc referatur, quod Hesiodus reges appellat re-  
mīs: preterea quod ipsos iudices admonet, ut recte in-  
dicent. Huc pertinent ex epitheta regum, θεοφόροις,  
λοὶ ποιμόνες λαῶν, εγc.

## 20. DE CONIVGIO.

ταρθεοντινὸν δὲ γαμέη, ὡς καὶ ἔθει, εγc. u. 317. lib. 2.

V. 607. Th.

ῳ δὲ αὐτεγάμης μετὰ μοίρα γενίτας νεόντινὸν, εγc.

V. 320. lib. 2.

επο

ἢ ποὺ γαρ τι γενναῖς αὐτῷ λησταῖς, εγένετο.

V.313.lib.2.

ἀπόστολος ἢ γενναῖα τεὸν ποτὲ οἶκον ἀγεθῶ, εγένετο. Solon in quinta hebdomade rectum esse censet uxorem ducere. Hoc dicit in elegia quadam, ubi vires numeri hebdomadis expressit. Ibidem ait, in septima hebdomada animum consiliumque hominum ad summum uenisse, ac iam perfectum esse. Τῆτα ἡ τόνος λαὸς γλωσσαν τὸ ἑδονῶσιν μάγος αἴρετο. In quarta inquit corpus uigere, ac uires firmissimas habere. Huc pertinet proverbium Germanicum, dignum memoria:

Wer vor zweyzig waren nicht hüpsch wirt/  
Und vor dreißig waren nicht stark/  
Vor vierzig waren nicht witzig/  
Vor fünffzig waren nicht reich/  
Da dem ist alle hoffnung verloren.

V.374.lib.1.

μενογγὺς δὲ ταῦτα σώσοι πατρῶισι οἶκον, εγένετο. Adhortatur fratrem, ut se coniungat uni tantum mulieri, et non pluribus, ne uidelicet ex contrariis sibi ipsi. et ex diuersa matre genitus filiis tristitiam sibi compareret et impropositam mortem. Tzeces.

22. ΔΕ ΦΙΛΟΣΤΟΡΓΙΑ LIBER-

torum erga parentes.

χαίρετο τε τοπούσιοι λύδοις οπαῖσι, u. 438. Tb.

V.318.lib.1.

ὅς τε γεννᾶ γέροντα λανῷ ἐπὶ, εγένετο.

22. ΔΕ

## 22. DE HUMANITATE

erga seruos.

αὐταὶ ἐπεῖτα Διὸς αἰναχνύξαι φίλαι γένναται, λαὶ  
βόε λῦσαι, u. 226. lib. 2.

23. DE OFFICIO PA-  
TRISFAMILIĀS.

Διῶνις λαὶ αὐτὸς, u. 77. lib. 2. ὁ μοιρον, τὸ Λαΐφον δὲ  
οῖος ἐκδικα τὸ δργάζεισθαι ἀμενον.

24. DE IVSTITIA ERGA  
operarios.

μιθὸς δὲ αἰνεῖ φίλῳ, εγc. u. 368. lib. 1.

25. DE IVSTITIA ERGA HO-  
spites & supplices & pupillos.

ἴσορον δὲ ὁς οἰνέτιν, ὃς τε ξενορυ λαπορ δρξε, εγc. u.  
325. lib. 1.

Gellius lib. 5. cap. 13. Conueniebat facile, constabatq;  
ex moribus populi Romani, primum iuxta parentes lo-  
cum tenere pupilos debere, fidei tutelaq; nostræ credi-  
tos: secundum eos proximum locum clientes habere,  
qui sese itidem in fidem patrociniumq; nostrum dede-  
runt: tum in tertio loco esse hospites: postea esse cognati  
affinesq;.

## 26. DE AMICITIA.

τὸν φιλέοντα φιλεῖν λαὶ τῷ προσιοντε προσεῖναι, u.  
351. lib. 1. Eum qui habet benevolum animum, ex solle  
prestare officia amicitiae, amore prosequaris. Et acce-  
denti, hoc est, suauē habenti animum, adq; conuersan-  
dum

dum idoneo accedas: hoc est, suavis esto erga illum, et  
cum eo contrahere familiaritatem. Tzexes.

V.325.lib.2.

*ανδε λασιγνήτῳ λορ ποιάδαι ἐτάρον, εγκ. Αντε-*  
*σφέρε alienum propinquum, improbatum est. Prog. Ge-*  
*nus sura proprius.*

V.331.lib.2.

*λαλός τοι αὐτῷ φίλορ ἀλλοτε ἀλλορ ποιάται. μὴ*  
*δι πολύξενορ, μη δὲ ἔξενον λαλέσθαι, II.333.lib.2. Hor-*  
*spitium amicitiae signum est. Vide proverbium 59.*

V.334.lib.2.

*μὴ δι λαζανὸν ἐτάρον, μη δὲ εἰδλῶν ρεπεγῆρα. Non*  
*est credibile eius uātam prauam esse, qui bonorum sensu*  
*per consuetudine uitat. Huc pertinet proverbium:*  
*Turpibus ne scruto.*

#### 27. D E C O N T E N T I O N E.

*ἄφρων δὲ οὐ ιδεῖαι τρόπος πρέσοντας, εγκ. Fastigio*  
*caput summitate: potentie cede, ne cum opulentiorc aut*  
*maiore aut meliore contendito.*

#### 28. D E ΕΡΙΧΑΙΡΕΚΑΚΙΑ uitanda.

*μέτι γέτοσι χαρματα γέμιντ, II.319.lib.2. Ne ludib-*  
*rio simus inimicis. Turpe est inimicos nostros letitia*  
*afficere, ex nostris malis illis ansam nos irridende*  
*prebere.*

#### 29. D E P A V P E R T A T E. N O N exprobanda.

μαλίνοτ' ελευθέριον πενήντα, εγρ. u.335.lib.2. Ne  
minem irriseris, cogitans quod uni alicui accidit, posse  
cuius accidere. Age potius Deo gratias, quod te extra  
eam sortem posuerit: ex ora, tum tibi ne quid tale ac-  
cidat, tum sic illi afflito saltē remedium aliquod uel  
aequum animum: et ipse subueni, si potes. Viues. Plu-  
tarachus lib.de audiendis poetis ait, Hesiodum, dum ait  
πενήντα, μανούχων δόσιν αὐγὴν ἐργαστηρίου, innuere, non es-  
se eos culpandos, qui fortunæ iniuria pauperes sunt:  
cum ignavia potius, socordia, mollitie ex luxu coniunc-  
tas diuitias in turpibus ex uituperatione dignis ba-  
bendar.

30. DE LIBIDINIBVS PRO-  
hibitis.

ὅς τε λαογύνετοιο ἔσ, εγρ. u.326.lib.1.

V.371.lib.1.

μανδέ γυνά σε νόον παγοφόλος, εγρ. Blanditiae mu-  
llierum, inquit Plautus, sunt merus uiscus.

31. DE FRVGALITATE.

νύπτιοι, οὐδὲ λαοσινὸν θεῶν πλέον, εγρ. u.40.lib.1. Poeta  
regum ac locupletum immoderatum luxum taxat, et  
illorum fastibus popularem mediocritatem anteponit.  
Quid enim uilius, quam malus ex bastula regia? V-  
terq; tamen cibus et suavis et utilis.

32. DE PARSIMONIA.

εἰ γάρ λιγὸν τὴν σμικρὸν ἔτι, εγρ. Preceptum de economi-  
cū de reponendo aliquid ad usum in posterū.u.359.li.1.

V.366.

ANNOTATIONES.

451

V.365.lib.1.

αρχομόνις δὲ περιεγέρεται. Poeta cùm ad medium do-  
līj peruenitum est, comparcendum, et ceteris eius par-  
tibus ad satietatem dicit abutendum: optimum uinum  
sine dubio significans, quod in dolij medietate consi-  
stet.

33. DE LIBERALITATE.

λαὸν δόμον ὕσπειρον οὐκ, λαὸν μὲν δόμην ὕσπειρον μὴ οὐδὲ,  
u.352.lib.1.

Cicero 1. Officiorum ait, largiendum esse idoneis: id  
explicat Lactantius de ijs qui restituere ac referre gra-  
tiam possint. Hanc sententiam ut profanam reprehendit Lactantius. Aduersatur eidem ex proverbiu: Da  
cecum, accipe oculatus. Dicitur et vulgo:

Temporibus nostris quicunq; placere laborat,

Det, cupiat, querat, plurima, pauca, nihil.

V.125.lib.1.beneficētia appellatur γέρας βασιλεῖον,  
id est, munus regium.

34. DE CONVIVIIS.

τὸν φελόποτον ἵτις θεῖται λαζαλέιν, ex C.u.340.lib.1.

V.340.lib.2.

μὲν δὲ πολυεῖνα λαζατέρας λαζατέμφελος ἔναι. Eustac-  
thius in primum Odysseae tres conuiuiorum species fa-  
cit: εἰλατίριον, quod ad splendorem ac magnificentiam  
sit apparatus: γάμον, quod ipsum etiam sumptuosius  
esse consuevit: δραवερ, ad quod plurimi conueniunt, sed  
fuo quisq; cibo sumptuq;. Ea conuiandi ratio preci-

R 2 pue

puè probatur Hesiodo, propterea quòd, cum plurimū  
babeat iucūditatis, minimum habet sumptus. Nam tem  
perantius ex editur ex babitur, ubi quisq; de suo edit  
ac babit. Erasmus in proverbio, Phoci conuiuum.

## 35. DE GRATITVDINE.

*σὺ μὴν μετρεῖσθαι παρὰ γάτον, εtc. u.347. lib.1.*  
Remuneratio, qua rependitur beneficium, modis pre-  
scribitur duobus. Eam enim uel compensatione seu e-  
qualitate muneris assequimur, aut exuperantia qua-  
dam ex affluentia, qua supra iustum modum redun-  
dat. Ita enim Hesiodus præcipit compēsanda munera,  
*λέων ἡ λύκον, αὖτε διώνυσον.* Schegk. Cicero 1. Offic.  
Quòd si ea que acceperis utenda, maiore mensura, si  
modò possis, iubet reddere Hesiodus, quidnām benefi-  
cio prouocati facere debemus? Annōn imitari agros  
fertiles, qui multò plus afferunt quam acceperunt? Et  
enim si in eos, quos speramus nobis profuturos, non  
dubitamus officia conferre, quales in eos esse debemus  
qui iam profuerunt?

Idem in Bruto: illud Hesiodum laudatur à doctis,  
quod eadem mensura reddere iubet que acceperis, aut  
etiam cumulatiore, si possis.

Seneca ingratum cum censet, qui beneficium red-  
dit sine usura.

## 36. ΠΕΡΙ ΑΓΣΧΡΟΚΕΡΔΙΑΣ.

*μηδενὶ λιπολαίνειν, λιπαὶ λιπότειν ἐστοιν, u.*  
350.lib.1.

V.319.lib.1.

αἱ γαρ τις λαὶ χρόοι, εγκ. γείτε τε μην μαυρόσι θεοὶ,  
μινύθουσι δὲ οῖνοι αὐέρι τῷ, εγκ.

χρύματα δὲ ὡς αἱ παπία, θεόσθοτα, εγκ. u.318.lib.1.

Raptor opum ne sis, prestant quas numina donant.

## 37. DE MOROSITATE.

οὐδὲ μὲν τινός λαῆται χάρτων ἀδος, u.332.lib.2. Νε-  
uultus præ se ferat iracundiam et simultatem, sed ui-  
de ut ex animo eisias omnem memoriam pristinarum  
inueriarum, nulla sit significatio offensi animi.

## 38. DE MENDACIO ET

perjurio.

μὴ δέ φύσις θεῶν γλώσσας χάρει, u.327.lib.2.

V.280.lib.1.

ὅς δέ νε μαρτυρήσουμεν ἐπίστροφον οὐδόςας, εγκ.  
Poeta exitium impendere totis familijs propter per-  
iuria testatur.

V.793.Th.

ὅς ληρε τὸν ἐπίστροφον ἀπολέψεις, εγκ. Misericordia  
cit turpitudo, in qua perjurium est maximum.

V.231.Th.

ὅρποι θ, ὅς δὲ πλεῖστον ἐπιχθονίας αὐθρίσπει  
τελείωται, ὅτε λοι τις ἐπίστροφον οὐδόση.

## 39. DE VITANDA INFAMIA.

λαθὼν δὲ βροτῷη ὑπολάσιο φύσιν, u.578.lib.2.

Huc pertinent parantes proverbiales: Fama pluris  
quam opes. Ecclesia est nomen bonum, quam  
diuitiae

## C H R I A.

Si dicam: Homerus ait, ἀνὴρ γαρ εἰ λανότως βρο-  
τὸι λαζαγράσσοι. Repetitur hic uersus ab Hesiodo  
u.93.lib.1. dissimulato Homeri nōmīne.

L E G E S E T C O N-  
suetudo.

Ad sacra accedere nulli licebat, nisi lotis manib[us].  
Hinc Aeneas inquit: Attrectare nefas, donec me flumi-  
ne uiuo Abluero.lib.2.Aeneid. Et Homerus lib.3. Iliad.  
χρόποι δὲ αὐλητοῖσι δίδαξεν αἴθουσα οἶνον Αἰοναυ. Exi-  
stīmabant enim, eandem esse animi quādū etiam corpo-  
ris purgationem: ut cum quis in flumine manus aut cor-  
pus abluisset post cædem, ille purus statim efficeretur.  
Hinc Hesiodus: μανδέσσοτ' εἴ τις, u.342.lib.2.

Nunquam uima Ioui superius rubentia lites,  
Ante manus fluuij quādū pura laueris unda.

## D E P O E N A P E R I V R I I .

Erat ijs poena proposita, qui per aquam Stygiām  
peierassent, ut per quoddam temporis spaciū ab epu-  
lis deorum abstinerent, ex ab omni deorum consuetu-  
dine. Itaq; inquit Hesiodus: οὐδὲ μή, εργά. u.792. Th. De-  
clarat ibidem, qui ritus in Dcorum iuramentis scruta-  
retur, dicitq; Irim poculum aqua Stygia plenum men-  
tientibus dijs afferre solitam, cum Iupiter ita iuberet.  
Καὶ πότε τις φορέσαι, u.783. Th.

## ΕΡΙΦΟΝΕΜΑ.

ἄφρυν δέ τοι καὶ ιθέλος πρὸς ληστούς, στ. c. u. 208.

lib. 1.

σὺνθυμοσύνῃ γαρ αἱρίγη θυτῆσις αὐθρώποις, λακοβι-  
ρωσίαι δὲ λεπτήσι, u. 89, lib. 2. Sime diligentia nemo  
quicquam laude dignum efficere potest.

μέτρα φυλάξαιδια, λαυρὸς, στ. c. u. 312. lib. 2. Modum  
esse seruandum, εἰ occasionem seu opportunilatetem o-  
ptimam in omnibus rebus.

οἵα τοι μυστῶν ιδρὺ θέσις αὐθρώποισιν, u. 93. Th.

ὅλησε, ός μέγα δρόγον εὐ αἴθανάτοισιν, u. 954. Th.

ὕτω τοι λαὸς μηρογύρης ἐπι μητρὸς ἔσσαι, u. 448. Th.

ὕτως ἔτι παῖς οἴδης νόον ἐξαλέκαθαι, u. 105. lib. 1.

εἰς ὑπέρ ἔτι οἷος λαέγηαι νόοιμ, ὃδὲ παρελθεῖν, u. 613.

Th.

ὕτως ἐξ αρχῆς λαροτρόφος, αἱ δέ τι τιμᾶ, u. 452.

Th.

τέλοιον τοι τηῶν, στ. c. u. 278. lib. 2.

## ΝΟΕΜΑ,

Ἄλγες ἔχοντες αἴφραδιαις, u. 133. lib. 1.

ἴσηρ λακοῦν αἱμαφαγαπῶντες, u. 58. lib. 1.

Alludit ad L. C. de humana stultitia, que inconcepsis.  
uoluptatibus delectatur, εἰς quasi saginatur, cum  
nesciat quantum malis secum uoluptates trahant.

μῆσαι γαρ μὲν οὐδείδαξαι αἴθεσφατοι ὑμνορ αἴσθησ,  
u. 280. lib. 2. Significat poetas esse eductos diuinūs,

οὐδὲ αἴθανάτης θρακοναιμικέλον, στ. c. u. 134. lib. 2.

De poeta impictatis.

*γόδε γυναιμες τιμησιφ, ορc.u.242.lib.1. Secunditatem  
esse vindictam Dei.*

*τῷ δὲ τάφοις λιώσιμοι αἰδίσ, ορc.u.477.Sc. Sepul-  
chra iniustorum corrupti ex occultari.*

*ὑβέργυροι γαρ ἀταθαλοι ὡς ἐδιωκαντο ἀπάλωρ ἐπι-  
χειρ, οὐδὲ τῷτο παυχεῖσιν φύσιον, u.134.lib.1.*

*ὑβεργύροις μονοίσιοι σύρνονται γούνεσι δρέπος λι-  
τίπεντε, ορc.u.514.Th.*

*ὅφρ ἀποτίου Δῆμος ἀταθαλίας βασιλίων, u.359.  
lib.1. Alludit ad illud: Cæca luunt miseri regum deliria  
cives.*

*ἴλιοθι ἴδιῳ αἴων τε, u.9.lib.1. Alludit ad prouiden-  
tiam Dei omnia cernentis ex gubernantis. Psalm.94.  
Qui plantauit aurem, annón audiret? qui fixit ocu-  
lum, annón uideret?*

*ἰδεῖνοι δίνεις, αὐτὸν δὲ διός εἰσιν αἴρεται, u.36. lib.1.  
Quæ iudicia sunt opus Dei in genere humano, illa sunt  
optima. Deus est fons & conseruator iustitiae inter ho-  
mines.*

*νίνιν ἀθανάτης χρόσιμοι λιώσι λιόδος ὁχυσα, u.339.Sc.  
Victoriam esse donum diuinum.*

*ἡ δὲ λιώσι λιάτα δυμὸν δόμ, ορc.u.9.Sc. Alludit ad  
locum communem de iustitia coniugum. Alcmena ho-  
norabat proprium maritum, sicut nulla unquam mu-  
licrum sui thori consortem honorauit.*

*πλαστοδόται, λιώτῳ γέρας, ορc.u.125.lib.1. Genios  
appellat*

appellat dimitiarum datores, atq; hunc ijs regium honorem obtigisse, quia scilicet regum est beneficentia.

οἱ οἱ ἀπεμνήσαντο χάριν σὺν δρυεσιών, u. 503. Th.

### De gratitudine.

ὅφρ' ἄλλων ὡνὴν ἐλέορ, μὴ τὸν τεὸν ἄλλος, u. 539.

lib. 1. Beatus est dare quād accipere.

φιλόπιδα γάστερ, τὰ νηρά πολὺ φίρτοραθοίνες, u. 314. Sc. De Hercule ex Iolao, cupientibus cedem.

Θανάτος δὲ λαὶ εἰς πάγιας πορ̄ τόντας εἴλε μέλας,  
u. 153. lib. 1. De morte. Præterea ostendit, qualis ferè soleat esse exitus bonorum Martiorum, quam tristis, miser, violentus ex intempeſtivis.

ἢ γαρ ἔμῷ θυμῷ λεχαθεισίος ἐστὶν αἵπακτος, u.  
301. lib. 2. παράβολος λαὶ ρίψοντας οὐ παρέχων, ho-  
mo proiecte audacie, temerarius, qui nulla ratione ad  
res dubias ex incertas rapitur.

αὐταρ̄ ιτάλι λαὶ τῷ το γερόν λατά γαῖα, Cyc. u. 139.  
lib. 1. De animorum immortalitate Plato in νόμῳ sic  
scribit: αἱ τῷ τελοῦνται τῷρ ψυχαὶ θεάσαιντες ἔχονται  
τοια τελούταισαι, λαὶ τῷρ λατ̄ αὐθεάπτες πραγμάτων  
διαιμελῶνται.

**P R O V E R B I A , Q V I B V S V S V S**  
est Hesiodus, aut ad quæ allusit, quæcū  
ex eodem à varijs autoribus de-  
prompta sunt.

2. παῖτα μάλ' ἀμφὶς ίδεον, u. 319. lib. 2. A' fronte atq;  
d' tergo. Huc pertinet ex illud quod dicitur, Expende.

F 5 Singul.

Singulorum pondus et premium estimandum, tum quae dicturus, quaeque acturus, exordia, progressus, exitus rerum.

2. οὐ δέ ταῦτα μετὰ φρεσὶ βάλλεο σῆσιν, u. 172, lib. 1.  
θο δὲ τὸν φρεσὶ βάλλεο σῆσιν, u. 107, lib. 1. Ausculta et perpende.

3. wiges d' alpa' muōs, Cyc. u. 370, lib. 1. Conuenit cum proverbijs Germanicis: Wer leichtlich glaubt / wird leichtlich betrogen. Item: Traut wol/reitet das pferd hinweg. Itē: Hütt dich/trew ismischlich. Et: Bif; wizig/ die welt ist spizig.

4. οἶνοι βίλτοροι εἰναι, ἐπεὶ βλαβερὸς τὸ θύριφ, u. 263, lib. 1. Esse domi prestat, quia damnosum foris esse. Huc pertinet, oīnos φίλος, oīnos αργετος. Nusquam commodius, nusquam liberius, nusquam laetius homini uiuere contingit, quam domi. Et illud: οἶνος μονεμνὴ δαι τὸν λαλῶν σὸναιγονα: Domi manere oportet pulchre fortunatum.

5. αἰχθόος αὐτῷ, u. 295, lib. 1. Nec sibi, nec alijs utilis.

6. ωθηὸν δέ τε ρήνος ἔγρω, u. 216, lib. 1. Passusq; sapit tum deniq; stultus. Et: αὐταρὴ διεγέμογος, ὅτε δοκενὸν εἶχ' εὐόνοι, u. 89, lib. 1.

Accipit, tactusq; malo, tum deniq; sensit,

Nihil celebratius hoc adagio, in eum quem poenitet facti. Eiusdem sententiae sunt haec Latina, Greca, Germanica: Stultus malo accepto sapit. Piscator ictus sapit, Post mala prudentior. Scro sapient Pbyrges, Euventus est stul-

est stultorum magister. οὐκέτι μίσας γενόμενος.  
 ρέχθεν δέ τε νήπιος ἔγρα. Vorgehan vnd nachbedacht/hat manchen in groß leid gebracht. Mit schaden  
 wirt man weis/oder mit schanden. Wer ward hindern  
 nach nicht wizig? Die rute mache die kinder gut. Significat miserrimam esse prudentiam, quae ex malis nostris  
 perdiscitur. Itaq; Plautus in Mercat. Feliciter is sapit,  
 qui alieno periculo sapit. Aliena insania frui optimum.  
 Wer sich an einem andern spiegelt / der spiegelt sich  
 sonst.

7. Hesiodo tribuit Scholia festes Theocriti huc uersum:

νέπιος, δι' ταῦται μαλιπάρη, ανέτοι μαδιώκει.

id est: Stultus, qui parata linquit, et imparata perfec-  
 quitur. Monemur, ut presentibus commodis fruamur,  
 et absentium cupiditate nos non excruciemus. Monet  
 et id quod uulgò dicitur:

V non mutabis, donec plurale uidebis.

8. μέτρα φυλάσσονται, u. 312. lib. 2. Ne quid nimis.  
 Mensuram serua. Phocyl. παύτω μέτρον αἴστη. v.  
 Hom. Odyss. οἰκεῖαν δὲ μίσιμα παύτα: Sint media  
 cuncta. Hipp. παῦ τὸ πολὺ πολέμιον τῷ φύσει λοι  
 ἢ πλησιονὶ λαμέσ, ὅτε ἀλλο αἴγαθὸν ἔστη, διτὶ αὐ  
 μᾶλλον τῆς φύσεως ἐστι. Gregorius Theologus. μέτρον  
 αἴριγον ἀπαν. Moderata iuant. Ludouicus Vines  
 ad D. Mariam, Henrici VIII regis Anglie filium: Me-  
 mini matrem tuam sapientissimam foeminam dixisse  
 mihi, se quidem temperatam et medianam quandam for-  
 tunam

tunam malle, quam uel asperoram uel lenissimam: alterutrum tamen si optandum esset, electuram citius tri-  
stissimam, quam blandissimam. infelicibus non deesse  
consolationem, fortunatis deesse mentem.

¶ *λογός δὲ ἐν τῷ οὐρανῷ αὐτῷ γοργοῦ, u. 312. lib. 2.* Sequitur  
hoc post proverbum precedens, ideoq; hic quoq; il-  
lius mentionem faciendam esse duxi. Huc pertinet il-  
lud quod celebratur inter septēm sapientum apoph-  
thegmata, γρῦθοι λογού, Pindarus in Pythijs: ὁ δέ λογος ὁ μοίως παρῆσται λογού: id est, tempus pariter  
in omni re fastigium obtinet. Sua cuic; rei tēpestinitas.

20. *Ἐν τοῖς δέκα τοῖς εἰπούσι, τοῖς δέ λεπταῖς, u. 321. lib. 2.*  
Aestus non semper fuerit, componite nidos. Occasio-  
nem temporis non esse negligendam. Hoc dictum, in-  
quit Erasmus, oportuit adolescentum pileis inscribi:  
Nō semper uirabit etas, para quō se recipiat senectus:  
aut non semper erit prospera fortuna, munias animus  
philosophie decretis, quo fortunam aduersam posit  
contemnere.

ii. *μελέτης ἐξ ἡγεμονίας διὰ λείψαντα σύνοντα χρόνοιν  
αὐτοπλούσιν, εγ. c. u. 342. lib. 2.* Vsurpatur in eos, qui uel  
audacius, uel parum instructi rebus his quibus opor-  
tuunt, negocium inuidunt: ueluti si quis principis munus  
capessat, nulla neq; uirtute neq; sapientia neq; rerum  
usu preditus: aut si diuinas literas interpretari concer-  
tur, Graecæ, Latine et Hebraice lingue, deniq; et o-  
mnis antiquitatis rudis et imperitus. Erasmus.

12. μήποτε δέρπων δίγαδδος, εγκ. u. 86. lib. 1. Monet ea ad quae non sis idoneus, non esse capienda. Plutar-chus lib. de iure et uitio.

13. αὐτοίς dubitau. u. 34. 8. lib. 1. Iubet uiincere datum be-neficium, si tamen possis. Sunt enim plurima, que con-senserunt non possunt externis officijs.

14. οὐδὲ γάρ τ' ὅργοιο τρέπεται ἀπομένεται οὐσίαν, u. 196. lib. 2. Matutinum tempus tertiam totius in die confecti operis partem absoluit.

15. εἰ δέ λαχόν εἴναις, τάχα λέ αὐτὸς μεῖζον ἀκύρωτος, u. 339. lib. 2.

Fors male dicenti dicentur plura uicissim.

Terent. in Andria: Si mihi pergit que uult dicere, que non uult audiet. Idem in prologo Phormionis: Be-nedictis si certasset, audisset bene.

Eiusmodi est et illud quod dicit poeta u. 327. lib. 2.

— εἰ δέ λογοί αὐτοῖς

τριτοῖς εἴπων αποθύμησον, καὶ λακοῦ ὅργας,

αἱ τοσα τίνυσθαι μεμνημονος.

Hoc est: Si quid prior ipse

Ait uerbum aut factum dicas nec gerarum molestum,

Ad te cion dupliciti redditum scenore noris.

Legitur hic uerbus apud Quintilianum:

Nec male respondit, male enim prior ille rogarat.

26. Υἱοίς τοιαδε λέγειν, έτύμοισι όμοια. Ex u.

27. Tb. Homerus de Ulyssse idem dicit, quod Hesiodus de Musis. Iun. Υἱοίς τοιαδε λέγειν έτύμοισι όμοια.

Tzetzes

Tzczes Chiliad.8. hist. 165.

17. οὐδὲ τὸν αὐγεστὸν ἀλυτα τικτεῖ, u. 209. lib. 2. Ad  
dedecus mala quoq; patitur. Et: muss den spot zum  
schaden han. Ludibrijs haud expers mala quem fortuna  
fatigat.

18. ἀργετης δέ οὐ λίθοιοι οὐδὲ λιπασοντες αὐτηρε-  
σθαι, u. 208. lib. 1. Huc pertinent proverbia, Leonem sti-  
mulas: de his qui potentem ac ferocem in suum ipsius  
exitium provocant atque extimulant. Et: Oclipedens  
excitas. Et: Anagyrum commoues. Et: Contra stimulum  
calcitrare.

19. ἀνά έμπνοιαν λακονιοι τοιοι μεμψεταις ιδλακε λακονιοιν,  
u. 197. lib. 1. Quasi dicat; Et rosa nonnunquam crescit  
inter spinas.

20. τῆς δέ αἰπετης ιδε γύτα διοι, Eccl. u. 287. lib. 1. La-  
bore nobis uedunt bona dij. Horat. 1. 9. Serm. Bellè buc  
congruit proverb. Nullus emptor difficilis bonum e-  
mit obsonium: στάτης άνωντος χρηστοὶ οὐτοις λιγέταις.  
Explicatur ab Erasmo. Sophocl. in Electra: πόνος τοι  
χωρίς οὐδὲν οὐτούχει: Citra laborem nihil bene est.  
Gott gibt einem wol ein ochsen/aber nicht bei den hörnern.  
Hinc probatur uirtutem diuinitatis ac corporis sa-  
nitate magis expedendam esse. Quia ea que sunt diffi-  
cilia, et rariora, sunt anteponenda faciliioribus et  
uulgaribus. Aristot. 1. Rhet.

21. τὴν μονι τοι λακονιοι, Eccl. u. 285. lib. 1. Congruit  
sententia cum his proverbijs: Compendiaria res im-  
probias

probitas: subtopos nō πονέσαι, βραδεῖαι & αὔρηδαι. Occa-  
fione duntāxat opus improbitati. Mala ultrò adsunt.  
Fit nescio qua naturae corruptione, ut que turpia sunt  
vel auto didicimus, protinus arripiamus: que honesta,  
mix laboribus multis inculcentur. Es ist bald geend/  
das lange schend. Man darf dem voglück leuen hoc-  
ten schtēen/dann es kompe vorahm selbst wol.

22. αὐτὸς γαρ εἰς λανότοις βροτοὶ λαζαγγάσουσι, u.  
93.lib.1. Extat et apud Homerum hic uersus. Quippe  
repente homines curisq; malisq; senescunt. Mala se-  
nium accelerant. Quia cum spiritus uitales in corde  
compresso et coquato propter curas et anxietates  
concludatur, non souent et alunt calorem naturalem,  
qui etiam debilitatus efficit humidum radicale impu-  
rius, et ita paulatim extinguntur nires corporis hu-  
mani.

23. πολέμου λαοῦ σύμπασσα πόλις, εγc.u.238.lib.1. Se-  
pe mali malefacta uiri populus luit omnis. Accommo-  
datur ad societatem malorum.

Eiusmodi est et u.344.lib.1. τίμων λαοὺς γέρει,  
et. Huc pertinent proverbia: Claudio uicimus, disces  
claudicare. Vuaq; conspectuorem dicit ab tua. Ali-  
quid mali propter uicinum malum. Es muß ein nach-  
bawr mit dem andern ein brandewor für lieb nemez.  
Notum sit et hoc proverbiū: Salsuginosi uicinia.  
Nachbawr über den Zaun/nachbawr wider herüber.

24. αὐτῷ τῷ μέτρῳ, u.347.lib.1. Badem mensura.

Aue

## 454. IN HESIODVM

*Aut mensura eadem, aut melius quoq; si qua facultas.  
Officium remetiendum est eadem mensura, aut etiam  
copiosiore. Vide γνώμην 35.*

25. πλείων μην πλεόνων μελέτη, u. 278. lib. 1. Multe manus onus leuius reddunt. Significat etiam difficultia facile confici, si quis non ipse solus negocium aggreditur, sed in plures adiutores ex auxiliarios partatur. Eadem est sententia Hom. Iliad. u. πλεόνων οὐ τε δρόγον ἀμενον. Multorum industria namq; plus pollet quam paucorum. Item Euripidis in Phoenissis: εἰς δὲ αὐτὸν καὶ πανθός ὁρέσθε, Vir unus autem nemo cuncta dispergit. Erasmus.

26. γέρτοντες διώγοντες εὐνούς, γέροντος πνοή, u. 343. lib. 1. Vicini incincti, cincti uenere propinqui. Alludit ad proverbiū: Amici procul agentes, non sunt amici.

27. οὐδὲ λακοὺς βολὴν τῷ βολεσίοντι λακοῖς, u. 264. lib. 1. Malum consilium consultori pessimum est. In eos, in quorum caput recidit quod alijs perperam consulerunt: de quibus ex hac uulgata sunt: Incidit in solem quam fecit. Suo ipsis laqueo captus est. Hanc technam in te ipsum struxisti. Turdus ipse sibi malum cacat. Exempla sunt, apud Gellium lib. 4. cap. 5. de perfidia aruspicum: Valerium Max. lib. 7. de Papyrio Curio: Socratem in historia tripartita de Eutropio Eusebho. Virgilius 12. Aeneid.

— Cadit ipse Tolumnius augur,  
Primus in aduersos telum qui torserat hostes.

28. idem

28. ἵστι αὐτὸς ἀπόλοτος, εἰ μὲ γάτωρ λακός ἔν, ιι.  
346.lib.1.Ne bos quidem precat. De laudibus boni ui-

cini.

29. Αὔτοὶ δὲ τοῖς πενθυμοῖς φαδό, ιι.367.lib.1. Sera in  
fundo parsimonia. Hoc adagium multi est usus, et po-  
test accommodari ad omnes eos, qui amissis demum  
occasioneis incipiunt sapere, et rebus suis frusta so-  
licitius consulere. Garbitius. Huc pertinet illud: Nil in-  
nat amissio claudere septa grege.

30. εἰ γαρ λοι λαὸς συνηρότερος ἐπὶ συνηρότερη λαταρείᾳ,  
λαὶ θαυματύσθε ἐρότες, τέχα λογιστής μέγα λοι τὸ γονοῖσθε,  
ιι.359.lib.1.

Si paulum paulo adiicies, faciesque ita crebro,  
Mox magnum quiddam tibi conficitur et ingens.  
Id quod non tantum ad lucri naturam pertinet, quod  
ex minutissimis sepe maximum cōflatur, uerum etiam  
ad industriaē aſſidua: que si uehemens non fit, ta-  
men si perpetua atque indefatigata fuerit, res difficultas  
quoque facile conficit: quemadmodum unicus ictus  
nibil adferre momenti uidetur ad deiciendam molem  
querui roboris, uerum ea crebris ictibus facile proſter-  
nitur. Erasmus in proverbio: Multis ictibus deicitur  
quercus. Huc pertinent et hec proverbia: si μὴ φυλάσσο-  
σας μηνόν, ἀπολαθεῖ τὰ μείζονα: Maiora perdes, parua  
ni seruantur. Et: Minutula plunia imbrē parit. Quo-  
tias res initio pusilla crescit in maius.

31. πλάτη δὲ αἴρετο λαὸς ὄπιδα, ιι.311.lib.1.

Fortunam uelut pedis sequa sequitur sapientia et splendor uirtutis. Quomodo autem dicit poeta, uirtutem sequi diuitias, quae potius ad intemperatiam et contumeliam homines mouent? Hic alij quidem affirmant, quod uirtus sequatur diuitias proprio ingenio et labore partas: nec sane male dicunt. Ego uero dico, quod etiam quomodo cumque comparatas diuitias comitetur uirtus, non tamen reuera praesens, sed opinione duntaxat apparens. Eorum enim qui ditescant, alios quidem sapientes, alios industrios vocant, et alij aliter illorum dignitatem adulando amplificant. Tzexes. Huc pertinet illud Horatianum: Et genitus et formam regima pecunia donat. Item: O ciues ciues, querenda pecunia primum, Virtus post nummos. Est et illud elegans, quod extat inter dicta Rabbinorum: Vbi non est farina, ibi non est lex: ubi non est lex, ibi non est farina. Per farinam intelligit τὸν πλεῖστον, id est diuitias, seu uictus necessaria, que ubi desunt, non possunt diu durare studia bonarum literarum, praesertim sacrarum. Conuersa autem propositionis haec est sententia: Comparata sapientia et cruditione, facile obtinebuntur diuitiae et aliae uite commoditates.

92. φύμα δὲ ὅτις οὐκπάντας αἴπολλυσαι, u. 381. lib. 2.  
Non omnino temere est quod uulgò dicitant. Dicitur et hoc modo: Rumor publicus non omnino frustra est. Erasmus ait, posse bisarium accipi sententiam: nimisrum, aut non planè falsum uideri quod plurimis est in ore; quodque

quodq; populi consensus approbat: aut non prorsus aboleri posse rumorem etiam falsum, qui iam in uulgo diminuit. Huc alludunt hec Germanica: Man heisst selten ein Ruh Blümlein/ sie hab den einen bunden flecken. Et: Wer ein mal in der leut mündt kompt/ der kan vbel wider darauff kostet.

33. θεὸς νύ τεσ δγὶ λαὸν αὐτῷ, u. 382. lib. 2. De fama. Mirari quedam res est, quodd occultissimae s̄epe fraudes publicantur ex omnibus innotescunt; cum primus illius rumoris auctor ignoretur. Itaq; sunt qui diuinitus hoc, fieri existiment. H. Volfius.

34. μήν εἰ μάρτιοι σταύροι διασπέρσει, u. 96. lib. 1. Alludit ad proverbiū: Aegroto dum anima est, spes est. Item: Spes in labro pyxidis. Item: Dum uiuis, sperare licet. Wir hoffen/ so lang vns der achem im leib ist. Admonet, ne in afflictissimis quidem rebus spem esse abſciendam.

35. ἀναστητέ μαρτύρια τίλαι οὐδέπον, ἀναστητέ μαρτυρία, u. 61. lib. 3. Ipsa dies quandoq; parens, quandoq; nonerca est. Huc pertinet illud, ὃν λαξως, sc̄d est, mediocriter. Vita humana partim ex prosperis ex letis, partim ex tristibus ex aduersis constat. Gellius lib. 17. cap. 12. Phauoritum ait in laudibus quartana febris non inueniunt̄ lufisse hoc modo: Versus, inquit, est longo hominum euō probatus, ἀναστητέ μαρτύρια, &c. Eo uersa significatur, nō omni die bene esse posse: sed isto bene, atq; alio male. Q̄od cum ita sit, ut in rebus humanis bene aut male

wice alterna sit : hec biduo medio interuallat febris: quanto est fortunatior, in qua est misericordia, dico uterque.

36. Καὶ ἔποις πολύκανον ἐμερ., u. 49. lib. 3. Omni ex parte dies malus haud obuenerit unquam. Astrologi designant quosdam dies fortunatos aut infelices, sed his aut his rebus : nullo tamen die indulgendum est ocio, quod nullus sit adeo inauspicatus, quam alicui negocio sit felix, si quis recte utatur concessso tempore. Dies infaustus gerendo bello aut nauigationi, felix est admistranda rei familiari. Nullus autem dies non prosper parande bona menti. Erasmus in proverbio, Nullus dies omnino malus.

37. Ῥένεγον αάεδη, u. 281. lib. 1. De malo immedicabili. Eiusmodi est et illud : λανσὸν ἐν ἑασται αληνη, u. 199. lib. 1.

38. πλεῖν μὴ γαρ γαῖα λανῶν, πλεῖν δὲ θάλασσα, u. 101. lib. 1. Deploratio calamitatum et eruminarum in genere humano.

